JOH. ANDREÆ FISCHERI,

Med. D. Prof. Publ. Extraord. in Academ. Hier. & Med. Provinc. Ducalis Isenac.

CONSILIA MEDICA

CONTINUATA,

Quæ

In usum Practicum & Forensem pro scopo curandi & renunciandi adornata sunt.

Accessit ejusdem Autoris

Mantissa Medicamentorum singularium.



Francofurti ad Mœnum,

Apud JOH. MAXIMIL. à SANDE,

Anno MDCC VII.

ILLUSTRI ATQUE
EXCELLENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

JOH. FRIDE-RICO,
L. B. BACHOF de ECHT,

S. R. I. Consiliario, Serenissimi Principis Saxo-Gothani Ministro Primario, nec non Aulæ Ducalis Directori,

Domino meo Gratioso,

Hæc Consilia Medica, ea qua par est observantia, dat, dicat, consecrat

JOHANN ANDREAS FISCHER.



ILLUSTRIS ATQUE EXCEL-
LENTISSIME

BARO,

Domine Gratiose.


JAM pridem mirata est Terrâ Saxonica Meritorum Tuorum amplitudinem, & Ingenii magnitudo

gnitudo illa, æquabilitasq; Animi, quâ ſummam auctoritatem mirifice moderaris, ad exteros quoque penetravit, ita ut Gloriæ *T*uæ haud amplius unus ſufficere orbis videatur. Sola quidem virtus nobilitat: Niſi quod eam humanitas gratiorem longe efficere ſoleat. Et vero, Illuſtris Baro, ex utraque parte *T*e hactenus plane incomparabilem exhibuiſti, & rariſſimi doni Virum, omniumque Eruditorum calamo concelebrandum. Quos inter etſi ego inferiora ſubſellia teneam: Veneratione tamen inferior reliquis eſſe nolui. Quam proinde hoc opuſculo ivi declaratum, quod Excellentisſimo Nomini *T*uo impræſentiarum offero. Non vana me præſumptio ingenii, nec ſpes

avara sordidave ratio alia ad i
consilii impulit, sed sola mei mec
rumque studiorum commenda
tio, & ut intelligas, virtuten
ubique suos habere admiratores
Vale. Dabam Erfurti 1. Juli
Anno 1706.



CON



CONSILIUM I.

De

CATARACTA INCIPIENTE.

VIr nobilis officialis metallicus in Comitatu Mansfeldiæ, quinquagenario major, temperamenti Melancholici, corporis macilenti à prima juventute; colore faciei fusco, capillitio copioso, denso, nigricante, vasis sanguiferis amplioribus & in superficie corporis serpentibus, sanguinemque spissiorem & obscure rubentem fundentibus, pulsu forti & tardo, calore debili, appetitu ad rem veneream valido præditus, taciturnus & cogitabundus, noctes maximam partem insomnes insomniisque horrendis turbatas ducens, post itinera in Italiam aliasque regiones calidiores in juventute susceptas, ibidemque potulenta calidiora

pro more regionis assiduè & copiosè hausta, domum redux laboribus metallicis, reique œconomicæ totum se mancipat, officio laborioso, ut & pro gignendo sobole strenue insudans; Quo vitæ genere per aliquot annorum decursum continuato, ætate jam ingravescente sentit arthritidem vagam, spinam dorsi, pedes manusque excruciantem, lateris sinistri frigiditatem & aliqualem stuporem, atque debilitatem visus matutino cumprimis tempore observabilem, ubi singula objecta duplicata & simul valde obscura apparere solent; ideoque subaccedens senium graviora mala metuens petit consilium & auxilium.

Ascherlebiæ d. 15. *Maji*
Anno 1690.

Responsum.

Temperiem melancholicam abiisse in intemperiem & quidem in præsenti Domino ægrotante recensita symptomata ad oculum monstrant: Videlicet gelatina M. S. sub hoc statu naturali spissior existens, per quam particulæ ♀eæ segnius mo-

moventur, velificantibus causis occasionalibus, quas inter facile eminent res non naturales, degenerare solet promtissime in crassitiem præternaturalem, fæcundam flatulentiæ parentem, cui si acrimonia acida conjungatur, obstructiones & dolores lancinantes simul affligere videmus, quemadmodum delineata historia testatur, in qua Arthritis vaga acrimoniam acidam, frigus lateris sinistri atque turbatio visus crassitiem lymphæ & flatulentiam sanguinis confirmant; spiritus enim corporis nostri referunt naturam fluidorum, ex quibus generantur, sanguinis scilicet & lymphæ, ideoque ubi vapor melancholicus ~tibus animalibus ita adhæret, ut eorundem serenitatem turbare, & agilitatem retardare deprehendatur, objecta oculos incidentia inæqualiter & geminatim à ~u visivo percipiantur necesse est, imo & per ipsum nervum opticum sæpenumero in oculum penetrant, & ibidem humores, præsertim crystallinum, commovent, qua ratione substantia vaporosa in oculorum interiora admissa facillime resolvitur, humores densiores reddit, atque demum cataractam accelerare potest, cujus prodromi in subjecto hocce observantur;

Quæ vero ratio ſit, quare debilitas viſus matutino tempore maxime urgeat, non quidem usque adeo liquet, putamus tamen id adſcribendum eſſe vaporum in meatibus cerebri & in ipſis canaliculis nervoſis ſtagnantium & quieſcentium iteratæ exagitationi, dum corpus iterum ſe commovere incipit, atque ſic majorem flatuum copiam in hypochondriis forte hærentium una cum ſanguine cerebrum verſus propellit, quibus accedentibus ea quoque flatuum portio in cerebro reperibilis, in motus conſimiles rapitur, magisque ſenſibiliter tum temporis viſum lædere poteſt; Elevari vero ſubſtantiam vaporoſam ad ipſam oculorum texturam nemo mirabitur, qui attendit vaſa ſanguifera per oculum ſerpentia, quorum fluidum vaporibus repletum atque nutriendis eorum humoribus inſerviens, ibidem deponit partem ejusmodi excrementitiam, quæ humori Cryſtallino circumfuſa, impeditquo minus radii viſivi transmittantur, atque diaphaneitatem ejusdem turbat, unde obſcuratio viſus neceſſario ſequitur, quemadmodum in vitris madore ▽eo obductis videmus. Nec minus prædictorum humorum turbatio à chylo craſſiore, qui

oculis, à ramo interno carotidum juxta nervi optici truncum incedente & ad oculi fundum in ſex ramulos tunicæ ſcleroticæ & uveæ implantatos, abeunte, advehitur, derivari poterit, ſiquidem conſtitutio partium, chyli conſtitutionem omninò ſequitur. Cum igitur in præſenti Domino ægrotante vitium chyli ex recenſito errore diætæ, & ipſius temperamenti ad flatulentias frequentiores diſpoſitione naturali abunde pateat, præmiſſam ætiologiam generalem & huic ſtatui omnino accommodare licebit; Jam vero quia debilitas viſus in hoc ſubjecto maxime urgens malum exiſtit, cui etiam in conſilio cumprimis remedium quæritur, ideoque & noſtra cura eo invigilabit, ut deſiderio Domini Conſulentis ſatisfiat, id quod Deus T. O. M. clementiſſime ratum eſſe velit. Et quoniam impoſſibile eſt, Clar. Sylvio monente priſtinam ſanitatem reddere ægroto quotidie & audacter in Diæta peccanti, Diæteticis monitis curationem inchoabimus, eo magis quòd præſens affectus ex digeſtione vitiata propullulaſſe videtur. Et quibem (1) commendamus 🜁em temperatum, purum, ſerenum, qui vero ſi per rationem officii non ſemper in

arbitrio Domini ægroti consistit ad minimum in cubiculo aliove conclavi, ubi commoratur, arte talis reddendus, suffimento ex polychrestis baccis juniperi, imo caput semper ab injuriis △is externis præmuniat sequentibus speciebus pro cucupha pileolo exceptis, nempe

I. ℞. Fol. Salv.
Rorismar.
Majoran.
Fl. Rosar. rubrar. ana P. ij.
Rad. Ireos flor.
Ras. L. Aloes.
Nuc. Moscat.
Succin. alb.
Benzoes.
Styrac. calam. ana ℥j.
Incis. & contus. M. D. S.

Hauptstärckende Species No. 1.

Ex culina adsint alimenta parum negotii ventriculo chylificanti facessentia, & nutrimentum laudabile subministrantia, quo sensu exclusa volumus omnia flatulenta, particulis ▽estribus referta, fermentationes peregrinas excitantia, quæ inter nominamus carnem bubulam, cervinam aprugnam, leporinam annosam, infumatam,

cam, piſces infumatos, ex ſtagnis extractos, legumina, cepas, allium, raphanum, braſſicam cumprimis conditaneam, acetum, cerevisiam feculentam & non bene defervefactam (Kaltgierig Bier) vinum Hiſpanicum generoſius. Somnus protrahatur usque ad novem horas, non tamen ante bihorium poſt aſſumtam cœnam inchoandus. Abſit exercitatio vehemens quâ camerina humorum melancholicorum nimium commovetur, ſanguinisque mixtio turbatur, moderatum vero exercitium corporis calori naturali ſuſcitando admodum conducibile accedat. Præterea alvus, quæ alias in melancholicis utcunque ſanis tardior exiſtere ſolet, ad quotidianam dejectionem aſſuefiat, quo fine ſequentes pilulæ ſub introitum lecti, ſi neceſſitas urgeat, aſſumendæ.

II. ℞. *Extract. fumar.* ℈ß.
Reſin. Gialapp.
♀i vitriol. ana gr. v.
M. F. c. liquor. *▽æ fol. ♀i. q. ſ.* Pilul. *No XV.* *aſperg. pulv. cinam. D. S.* Laxir-Pillen auff einmahl. *No. II.*

Quibus ad nauſeam præcavendam quandoque hic pulvis ſubſtitui poterit:

III. ℞. *Cremor. ♀i. ʒß.*
Diacryd. gr. v.
ʘʘ. ♌. fœnic. gt. j.
M. D. S. Laxativ mit warmer Fleisch-Brüh zu nehmen. No. III.

Foro diætetico nunc pharmaceuticum succedat, ubi indicationes curativæ (1) suadent primarum viarum à sordibus collectis depurationem; (2) capitis in specie evacuationem; (3) ejusdem confortationem, & simul (4) præservationem: Prima indicatio suadet medicamentum purgans appropriatum circa tempus vernum & autumnale maxime usurpandum, quod quidem ob intemperiem melancholicam potius mediante forma fluida quam solida instituendum, erit v. g.

IV. ℞. *Radic. Cichor. hortens.*
Polypod. *ana.* ℥ß.
Gialapp. ʒij.
Zedoar. ʒj.
Galang.
Cinamom elect. ana ℈ij.
Sem. fœnic. stellat. ʒj.
Fol. Sen. s. s. ʒvj.
Incis. & contus. M. includ. nodul. ex synd. rubr. D. S.

Species zu 2. Maaß Wein / von welchen alle Morgen ein Weingläßlein laulicht zu trincken. No. IV.

Quod

Quod si ventriculus saburra gravatus forte observetur, quod ex nausea & appetitu prostrato constabit, superioris vices tale emeticum complere poterit:

V. ℞. *☿ii emet. Mynsicht. gr. iij.*
Ol. Absynth. gr. ij.
Pulv. epat. rubr. gr. v.

M. F. Pulv. D. S. Brechpulver auf einmal früh nüchtern mit kaltem Bier zu nehmen.

Ad materiam pituitosam in capite coacervatam, vaporesque discutiendos Errhina in usum trahenda, & quidem alternativè jam in forma pulveris, jam vero ▽æ, quæ posterior volæ manus infundenda, & reclinato capite naribus attrahenda:

VI. ℞. *Fol. Major.*
Origan. Crèt.
Lavendul.
Rorismar.
Fl. Lilior. convall. ana ʒß.
Sem. Pœn.
Nigell.
Rad. Ellebor. alb. ana ℈j.
Ambr. grys.
Mosch. ana gr. ij.

M. F. Pulv. D. S. An statt des gewöhnlichen Schnupf-Tobacks zu gebrauchen. No. VI.

VII. ℞. *▽æ Major. fragrant.*
Puleg. ana ℥iß.
⊖l. alb. gr. ij.

M. D. S. Abführendes Haupt-Wasser. No. VII.

Pro scopo confortandi sequentia commendamus oculorum & ventriculi specifica:

VIII. ℞. *Rad. Valer. elect. & rec. collect. & siccat. ℥ß.*
Fol. Euphras. mp. j.
Rut. P. ij.
Sem. Fœnic. stellat. ℈iij.
Mac. Cubeb. Coriandr. Cinam. ana ʒj.
Carioph. ℈ß.
Piper. long. gr. v.
Mastich. elect. ʒj. ℈j.
Succin. alb. ppt. ʒj.
Sachar. albiss. ℥iiij.

M. F. Pulv. D. S. Alle Mahlzeiten 3. Messerspitzen mit Butterbrod/ oder auf einer geröften Semmelschnitt in Wein getunckt zu nehmen. No. VIII.

IX. ℞. *Conserv. Rosar. rub.*
Beton.
Rorismar. Euphras. Salv. Pæon. ana ℥ß.

Con-

Condit. Cortic. Citr. Aurant. ana ℥iij.
Theriac. veter. ʒiß.
Confect. Alkerm. complet. ʒß.
Extract. Sem. Rut.
Rad. Valerian. ana ℈j.
Succin. alb. ppt. ʒß.
☍ Fœnic. ℈ß.
Syrup. Stœchad. Arab. q. s. ad consist.

M. F. Condit. fluid. D. S. Alle Morgen nüchtern einer Castanien groß zu nehmen. No. IX.

X. ℞. *Rad. Valer. Enul. camp. Fœnic. ana ℥j.*
Herb. Chelid. major. Euphras. Betonic. Puleg. ana mp. j.
Fl. Caprifol. Rosar. alb. ana P. ij.
Stœchad. Salv. Anth. Sambuc. Calend. Squinanth. ana P. j.
Sem. Fœn. stellat. Siler. montan. Rut. aa ʒvj.
Bacc. juniper.
Cass. lign. ana ℥ß.
Zinzib. Piper. long. ana ʒj.
Cubeb. Cardamom. ana ʒiß.

Inc. & cont. infund. in vini Rhenan. ℔. iij. ▽æ Rof. Fœnic. Chelidon. Primul. ver. Rut. Veron. ana ℔ij. Mell. ℔ß. stent infusa per 24. horas deinde ☊tur, de qua vesperi l. circa horam decubitus cochlear j. hauriatur reliquis V. speciebus omnibus sepositis,

tis, quæ partim sua volatilitate hume-
res nimium commovent partim o-
suspicionem contagii venerei cor-
rosivam qualitatem induunt. Sic et-
iam nec externis locus hic denegan-
dus est, videlicet lotionibus capitis
& suffumigiis:

XI. ℞. *Rad. Asar. Valer. ana ℥j. Sarsæparill.*
Sem. Fœn. ana ℥ß.
Fol. Euphras. major. ana mp. ij.
Laur. Rorismar.
Melilot. ana mp. j.

Incis. & contus. M.D.S. Species in einer Lauge von Reben-Asche/ mit halb Wasser und Wein gemacht/ zu sieden/ und monatlich kurtz vor dem neuen Licht Abends bey Schlafzeit das Haupt warm damit zu waschen/ und mit Tüchern/ welche mit folgenden Speciebus zuvor beräuchert worden/ abzudrucknen. No. XI.

XII. ℞. *Fl. Rosar. rubr. mp. j.*
Benzoes. Mastich. Thymiam. ana ℥j.
Succin. alb. Styrac. calam. ana ℥ß.

M. F. Pulv. gros. D.S. Pulver.
No. XII.

XIII. ℞.

XIII. ℞. *▽æ Rosar. opt. Cyan. Euphras. ana* ℥iij.
Vini Malvat. ℥iß.
Tut. ppt. ʒij.
Camphor. gr. iiij.
Carioph. crass. incis. No. XV.

Bulliant simul in fictili moderato calore. Colaturæ Calenti adde ⊖l. alb. gr. iij.

D. S. Täglich einmal einen Tropffen in die Augen fallen zu lassen

XIV. ℞. *Rad. glycyrrh.* ʒj.
Zinzib. alb. ʒj.
Calam. arom. ʒiß.
Sem. Fœnic. stellat. Coriand. Anis. aa. ℥ß.
Cinamon. elect. ʒij.
Nuc. Mosch. ʒj.
Sachar. rosat. tabulat. ℥ij.

Incis. & cont. M. T. Fragea Cephalica, D. S. etwas hiervon zu käuen / und den Dampf durch ein silbern Röhrlein aus dem Mund in die Augen zu blasen.

Ad præservationem denique fonticulum in etiam nucha atq; etiam suademus, qui vero maturandus est, antequam humores uberiꝰ per nervum opticum in oculos irruant & ibidem figantur, quod si fiat hoc remedium & omnia alia incassum usurpabuntur; Duobus mensibus elapsis fonticulus ex loco

loco designato in brachium promoveri poterit. Quibus me ad ulteriora officia præstanda obstringo.

Islebiæ d. 17. *Maji,*
1690.

CONSILIUM II.
De
GIBBO.

VIR quidam ex Dynastia Seeburgensi queritur filiolum quinque annorum ante sesquiannum ex casu ab alto tumorem in dorso acquisivisse, qui etsi non statim apparuerit, attamen sensim eousque accreverit, ut nunc pugnum prægrandem adæquare deprehendatur; Præterea difficilem respirationem, languorem virium, inclinationem in somnum assiduam, lumbricos latos, & dolorem circa os sacrum affligere dicit, atque contra hæc mala auxilium medicum implorans me accessit una cum puerulo, rogitans, ut & in recensitorum symptomatum indies magis magisque una cum tumore affligentium causas inquirerem, & consilio ipsum adjuvarem; quod etiam sequentibus factum est.

Islebiæ d. 18. *Maji* 1690.

RESPON-

RESPONSUM.

PRæſens ſubjectum Gibbo confirmato laborare nullum eſt dubium, qui ex defectu manifeſtæ luxationis in principio usque adeo obſervabilis eſſe non potuit, ſed temporis tractu conquaſſationem ſolummodo factam humorum affluentium ſtagnatio, partiumque conquasſatarum intumeſcentia ſubſecuta eſt, unde ligamenta vertebrarum relaxata, vertebræque loco ſuo dimotæ ſunt, atque ſic demum luxatio orta eſt; Quando igitur ſub ejusmodi ſtatu ſpinæ dorſi medulla vim à compreſſione neceſſario patitur, nervique ſimul contorquentur & comprimuntur, ~ animales liberiore, ad partes corporis ramificationes exinde recipientes, privantur tranſitu, unde ſomnolentia & torpor oriuntur, imo ipſum quoque cerebrum in conſenſum rapitur; Lumbrici à polyphagia huic ætati maxime familiari deducendi ſunt, atque vitium digeſtionis præſupponunt, quatenus humores crudiores in inteſtinis extra vitalem fermentationem conſtitutæ, facile per fermentationem putredinoſam in ejusmodi animalcula degenerare ſolent. Reſpiratio difficilis pulmones à collabeſcente thorace compreſ-

ſos

ſos arguit, quod vero luxationi Vertebra-
rum imputandum eſt. Ut igitur hiſce ma-
lis ſuccurratur, (1) contra vermes uſurpan-
dus eſt pulvis ſub litera A. & electuarium
litera B. (2) ad Aſthma conditum litera D.
(3) ad gibbum ſpecies pro fomento litera
E. Linimentum litera F. & emplaſtrum
litera G.

A. ℞. *Pul. rad. filic.*
Cremor. ♀*j.*
CC. uſt. ppt. ana ʒ*j.*
Rad. Gialapp. pulveriſ. ʒ*ij.*
Diacrydii gr. v.
Sachar. albiſſ. ℥*j ß.*

M. D. S. Morgends und Abends ein halb quintlein mit ein wenig Wein oder anderer Brühe.

B. ℞. *Theriac. veter.* ℥*ß.*
☍ ⊖l. rectif. gt. vij.

M. D. S. Wöchentlich einmal 10. Gran zu geben/und das Pulver Abends hingegen auszuſetzen.

C. ℞. *Pulv. rad. irid. florent.* ʒ*ij.*
Ari,
Fl. ♀is ana ʒ*ß.*
Mucilag. rad. Alth. ʒ*j.*
Oxymel Squillit. q. s.
⊖ volat. ☍ſ. Sylv. ℈*ß.*

M. F. Lambile D. S. täglich etliche Meſſerſpitzen zu nehmen.

D. ℞.

D. ℞. *Sem. Carvi.*
Cumin.
Fœnic.
Anis.
Rut. ana ℥ß.

Contuſ. coque c. ana Vini & ▽æ ſimpl. & cum Decocto calido ſpongia excepto manè & veſperi foveatur locus affectus, & tota ſpina dorſi, quo facto ſequens linimentum applicetur.

E. ℞. *🜆 inſolat. fl. chamomill.* ℥ iß.
Amygdal. dulc. ℥j.
Petræ alb. ʒij.
Mucilag. ſemin. Lini, Fœnugraci ana ℥j.
Pingued. human.
Anat. ſylveſt.
Sevi hircini ana ℥ß.

M. F. Linimentum D. S. den gantzen Rück zu beſtreichen.

F. ℞. *Empl. Oxycroc.* ℥ iiß.
Ceræ. ℥j.
Lapid. Oſteocoll. ℥ß.
Pulv. rad. conſolid. maj.
🜃æ ſigillat. ana ʒij.
Balauſt.
Nuc. Cupreſſ.
Roſar. rubr. ana ʒß.
🜆 coct. Roſar. q. ſ.

M. F. l. a. leviſſ. △e Emplaſt. D. S. Nach gebrauchtem Sälblein über den Schwulſt zu legen.

Tandem & Thoracem conficiendum præcepi, & super locum affectum laminam ex plumbo ponendam, verum cum Puer iste adeo intractabilis esset, & neque interna neque externa admittere vellet, ordinata & præparata omnia frustranea fuerunt.

CONSILIUM III.

De HÆMOPTYSI IN PHTHISIN ABEUNTE.

CIvis ex Primariis urbis Heckstet temperamenti à nativitate plus minus sanguinei, antè decennium ex motu validiore hæmorrhagiam gravissimam passus, ab illo tempore in hæmoptysin incidit, quæ adstringentibus adhibitis aliquantum cessare visa est, manente tamen interea sanguine extravasato intra pectus, qui lento gradu putrefactus pulmonum exulcerationem & veram phthisin procuravit, quando scilicet nunc conqueritur de insigni virium jactura, tussi molestissima eaque continua, quâ plurima purulenta eructare cernitur de macie totius corporis

ris & alvo frequentiore, quam quotidie bis terve deponere solet; ideoque ad has angustias redactus, plurimis medicamentis incassum usurpatis, meum etiam exposcit consilium.

Islebiæ d. 19. Maji 1690.

RESPONSUM.

ETsi Phthisis confirmata, quam ex hectica & diarrhoea colliquativa præsentem affirmamus, omnem ferme medelam eludere solet, cumprimis quando ejusmodi symptomata ex grandi pulmonum ulcere horumque tabo promanant, unde potius præsens ægrotus prognosi relinquendus videtur, attamen ipsius petito assurgere omnino æquum duxi, ne videamur deseruisse hominem in extrema vitæ periodo constitutum, siquidem si non in integrum restituere datur patientem, haud injucundum tamen erit vitam quantumvis miseram aliquantisper adhuc prolongare; quod quidem ex voto succederet, si in præsentia locus concederetur medicamentis per vomitum aut secessum evacuantibus quibus sanguis grumosus & putrefactus promtè ex pectore eliminari, atque universo corpori optata medela citò afferri pos-

ſet: ſed ulcere pulmonum, & hæmorrhagiâ iſtâ antiquâ, maximè viribus in extremo decremento poſitis, vehementia ejusmodi, ut & diarrhœa colliquativa cathartica diſſvadentibus, res diureticis ſolum & expectorantibus temperatis committenda erit, ut magis eluendo quam ſtimulando materia purulenta extra confinia œconomiæ animalis tutò proſcribatur. Cumprimis vero curandum eſt, ut vires tempori curationi deſtinato ſufficiant, unde diarrhœa iſta à colliquatione & acrimonia ſanguinis, contagium purulentum & acre ſubſequens orta quantocyus ſiſtatur, quò impetrato, quid vires medicinæ in negotio conſolidationis pulmonum exulceratorum valeant, tentare licebit. Igitur his indicationibus reſpondebunt ſufficienter ſequentia polychreſta.

No. 1. ℞. ▽. *Fl. pap. rhæad.*
cichor.
farſar. ana ℥j.
✱ ʒij.
Oc. ♋. *pp.* ℈ij.
Syr. fl. pap. rhæad. ℥ß.
M. F. Potio D. & S.

Ablöſendes Bruſt-Tränckleın ſtündlich wohl gerüttelt ein Löffel voll.

N. 2.

No. 2. ℞. *Raſ. lign. Guajac.* ℈iij.
Cort. ejusdem. ℥j.
Hord. mundat mij.
Rad. liquirit. ℥ß.
Tormentil. ʒij.
Inc. & cont. coqv. cum ▽ ſimpl. menſ. VI. iisque ad reman. part. dimid. Colat. adde Mellis roſat. ℥iij.
D. & S. Abſtergirender Bruſt=Tranck an ſtatt des Biers zugebrauchen.

No. 3. ℞. *Rad. bard. maj.*
cichor. hort.
vincetox. ana ℥ß.
Helen ʒij.
Herb. ſcabioſ.
agrimon.
Fl. hyperic.
pap. rhœad. ana mj.
roſ. rubr. mß.
R*aſ. Ebor.* ʒij.
Sem. violar. ʒiß.
aniſ. ʒß.
P*aſſ. minor.* ℥ß.
Macis. ʒj.

Inciſ. & contuſ. M. D. & S.
[S]pecies, wie das Thee in das Waſſer zu infundiren / und Morgens / auch Mittags 4. Uhr ein halb Nöſſel warm zu nehmen.

No. 4. ℞. R 🜂r. c. ⊖☿r. *parat.*
Balſ. Peruv. ana ℥jß.

M. D. & S. Jedesmahl 25. Tropffen mit obigem Decocto zunehmen.

No. 5. ℞. ▽ *ceraſ. nigr. fl. til.* ana ℥j.
roſ. cinam. borrag. ana ℥ß.
♄ *baly contra phthiſin.* ℈j.
Antih. Pot.
☿ *diaph.* ♂t. ana ℈ß.
Syr. diacod. ℥iij. *Laud. op. gr.* j.

M. F. Potio D. & S.
Stärck-Tränckein/ gegen die Nacht innerhalb 1. Stunde zu nehmen.

Præterea ſuffimigia pro exſiccando ulcere ex ſuccino, laudano & demum ex ipſa nicotiana proficua erunt: totius a. curationis fundamentum, in his rerum anguſtiis, monente Fabricio Hildano in ſetaceo conſiſtit, quod tali modo applicetur, videlicet paretur forceps loco aciei latos proceſſus habens, cum foraminibus duobus ſatis amplis, quibus cutis nuchæ ſufficienter apprehendi & acus per foramina & cutim citò nulloque negotio trajici poſſit. Neque ſpes fefellit: Nam cum hæc ita ex præſcripto fierent, patiens in dies melius ſe

se habere cœpit, maxime vero setaceum celeri manu à chirurgo & ægro vixsentiente applicatum, intentioni meæ optimæ satisfecit, humores ad pectus alias ruituros, imò circa pulmones stagnantes potenter alliciendo & intercipiendo; ita ut si constanter hoc genus remedii tolerasset ægrotus, citra omne dubium ad plures adhuc annos vitam extendere potuisset. Verum cum illud doloris pauxillum ipsi nimis longum atque tædiosum videretur, post quintam septimanam vetulæ cuidam se concredidit, ex cujus jussu setaceum removebatur, & ulcusculum concidit, unde status morbi indies in deterius ruebat, imò paucis septimanis elapsis æger moriebatur.

CONSILIUM IV.

De

OSSIS PETROSI IN CAPITE FISSURA EX CONTUSIONE.

DUo Studiosi Lipsienses, Commensalem ad Patrios lares in Comitatu Mansfeldiæ rediturum, Islebiam usque, pro more Academicô, concomitantes, temporis fallendi ergò ibidem pugillatio-

ne se exercent ligneis gladiis instituta, ubi forte alter alterum incautum, nec ictum maturè declinantem, summô nisu ad sinistram capitis partem suprâ aurem percutit: quod quidem hic ægerrimè ferebat: Cute tamen adhuc integrâ dolorem dissimulans, de insigni læsione quadam, istô die non erat sollicitus. Cum verò noctu dolor obtusus & inclinatio in soporem insolita urgerent, Medicum consulendum utique censuit. Igitur de meâ tunc temporis præsentiâ certior factus, ex conjunctione consuetudinis Lipsiæ olim inter nos habitæ, meum auxilium implorabat. Ego summô manè vocatus, inspectione & contrectatione loci percussi factâ, statim os petrosum fissum, ac secundum latitudinem magnam cepisse rimam deprehendi, & adstantibus quid faciendum anxiè quærentibus, sequentia observanda commendavi.

Islebiæ d. 20. *Maji* 1690.

RESPONSUM.

CUmprimis curandum est, ut sanguinis extravasati, purulentæque materiæ sub cute consistentis copia, quam aspectus externus insinuat, removeatur, tùm ad inflam-

flammationem antevertendam, tùm ne cerebro noxia suppurationis recrementa eructandi daretur occasio. Hinc cruori stagnanti exitus parandus, mediante sectione cruciformi cutis suprà vulnus ossis petrosi; deinde ad præcavendum affluxum justô majorem, Cataplasma repellens, capillis derasis, circum circà applicandum, usque ad notabilem materiæ purulentæ imminutionem; posteà quoque Cataplasma discutiens imponendum, atque cerebro, quod concussum sopor iste indicat, Enemate & venæ sectione auxilium ferendum erit, denique vulneris consolidatio promoveatur. Cum igitur post institutam dissectionem cutis, per aliquot dies cruor sanie permixtus ubertim proflueret, ad secundam indicationem tertiamque adimplendam, sequentia applicabantur:

No. 1. ℞. *Farin. hord.*
fabar: ana ℥vi.
🜄 *coct. rosar.* ℥iij.
⋇ *q. s.*

M. F.
Cataplasma repellens.

No. 2. ℞. Pulv. herb. absynth.
fl. rosar. rubr.
Chamom. ana P. j.
Farin. fabar. ℥j.
Sangv. Drac. ʒij.
Mumiæ Alexandr. ʒiij.

M. F. Cum ⁰⁄₀ coct. rosar. Ctaaplasma discutiens.

No. 3. ℞. Decoct Aperitiv.
flor. & fruct. ana ℥v.
Dissolv. in eo
Cass. pro Clyster. ʒiij.

M. F. Enema. D. S. Enema ad soporem discutiendum.

Quibus sic satis feliciter cedentibus, alterô die post injectum Clysma, venam quæ suprà Lambdoidem est secari curavi, obturatis, ut commodius fieret, sanguisque uberius flueret, tantisper ore & naribus, spirituque summô conatu retentô, ut membranis intumescentibus cerebri sanguis extruderetur. Ita feliciter sopore liberabatur vulneratus, & ossis vulnere, juxtà indicationem ultimam, oleo abietino Langii, quod lib. III. Cap. 10. Epist. describitur, perfectè sanatô, Deo sit Laus, optimè convaluit.

CON-

CONSILIUM V.
De
PHTHISI LETHALI.

JUvenis 26. annorũ ab ortu Scorbuticus, S. S. Theol. Studiosus, Generosæ prolis non procul ab Urbe Informator, oculis concavis, ſcapulis alatis, longô collô angustô pectore, corporis habitu macilentô, cerebrô atque ventriculô debili; tuſſi, quâ multa fœtida exſpuebat, vertigine, præſertim matutino tempore de lecto ſurgens; febriculâ lentâ, continuâ, circa noctem invaleſcente corripiebatur, difficultatemque reſpirandi, cordis debilitatem inſignem, & capillorum inſolitum defluvium ſentiebat. Hic malo indies creſcente, rem ad me deferebat, enixè rogitans, ut ſtatu morbi ejusque ſcaturigine altius mecum penſitatis, conſilio & auxilio medico ipſi ſubvenirem, id quod ſequentibus lubens præſtiti.

Islebiæ d. 23. *Maji.* 1690.

RESPON-

RESPONSUM.

QUod aliàs sedulò commendatur mo-nitum: *Principiis obsta, serò Medicina paratur*; Id in præsentiarum diligentius observari debuisset, antequam Phthisis consummata invalesceret, & pulmones ulcere purulento penitùs fermè colliquati reconvalescendi spem juxtà ulcerosam relinquerent. Et quidem Hecticâ phthisicâ laborare præsentem Dominum Studiosum, nemo sanè diffitebitur, qui accuratiùs paulò Symptomata recensita perpendit. Pulmones affligi, respiratio difficilis, tussis continua, & puncturæ leves ad latera & mammillas docent: Eosdem exulceratos, sputum purulentum graveolens, & anima fœtida testantur: Hecticam, febriculâ continuâ putridâ noctucum primis molesta, marasmus totius corporis, & eam in specie consummatam, facies Hippocratica, oculi concavi, extremitates unguium incurvatæ, capillorum inchoans defluvium, & cordis debilitas insignis evincunt: Sub quo statu vehementer quoque turbetur principium animale, imó ipsa anima rationalis condoleat necesse est, unde vertigo, gravitas capitis & memoriæ hebetudo, de quâ simul conqueritur Domi-

nus

nus Patiens, derivandæ videntur. Cum verò Phthisis vera duplicem potissimum causam agnoscat, Catarrhum scilicet, & vasorum pulmonalium rupturam aut erosionem, quarum prior lymphæ crudioris acriorisque copiam, posterior motum casumve violentum, ut & sanguinis biliosi in pulmonibus abundantiam præsupponit: Utique decernenda erit in Domino ægrotante hujus mali scaturigo; quam, velificantibus signis Anamnesticis, ad priorem speciem referimus, dum cerebrum insigniter catarrhosum & fluxionibus acribus obnoxium deprehenditur, quemadmodum idem quoque titillatio frequens in faucibus, & institutum olim vitæ genus suadere videtur, quando per lucubrationes Academicas continuatas, & compotationes nimias, quo vitio plerique Studiosorum imbuti sunt, cruditates in primis viis cumulatæ sanguinem lympphâ acri atque fluidâ aggravârunt, unde cerebri atque arteriæ asperæ glandulæ materiam ad fluxiones acres salsasque suscepêre, siquidem prædictæ partes in diathesi Scorbuticâ, qualis & hîc observatur, aliàsquoque ad ejusmodi vitium admodùm proclives existunt. Ex quibus patet, non usque

adeò

adeò absurdũ esse, quod à nonnullis quoa (Catharros sive defluxiones statuitur, quori destillatio ad pulmones cum grano salis in: tellecta, à nullo saniorum Physiologorum rejicienda, quatenus omninò possibile est & principiis Anatomico - Physiologicis consentaneum, sanguinem arteriosum lympham ejusmodi superfluam ad corpora glandulosa deponere, ex quibus postmodùm per continuas arteriolarum micationes urgetur, expellitur, atque sic in cavitates subjacentes depluere potest. Imò nil impedit, quò minùs lympha salsa ex cerebro in cavitatem oris per ductus notissimos promanans, per Oesophagum Chylo in ventriculo permisceatur & cum eodem pulmones subintret : Quid quod larynx à lymphæ transeuntis acrimoniâ vellicatus promptè viam concedat, per quam guttulæ quædam in arteriam asperam, & sic porrò ad pulmones ipsos immediatè delabantur. In quo motu facilitando peculiaris partium corporis dispositio multum valet, quando videlicet una alteravè sive naturâ sive casu debilior existit; atq; sic injuriis Catarrhorum magis exposita, quæ fortassis etiam ratio est, quare in Domino Studioso pulmones cumprimis afflictati fuerint : Nempe haud

levis

levis suspicio est, ejusdem parentes olim Phthisicos hæreditariam hanc debilitatem ipsius pulmonibus affricâsse. Ut denique desiderio Domini Patientis, quoad Ætiologiam Symptomatum recensitorum brevibus satisfiat, Hecticam provenire arbitror à *M. S.* ebullitionibus lentis & inordinatis; ejus incrementum sub nocte ab incalescentia majore succorum corporis calorem lecti & Athmosphæræ gravitatem subsequente; Marasmum ab ulcere sanguinem ex pulmonibus ad Cor refluum particulis purulentis conspurcante; debilitatem cordis defectui spirituum vitalium, & infracto à fermentatione putredinosa Cordis elateri; vertiginem manè præsertim molestam flatulentiæ lymphæ spirituosæ ad spirituum animalium generationem inservientis, quæ à motu corporis matutino pariter exagitata, inordinatos ejusmodi principio animali impetus conciliat. Et cum Dominus Studiosus nil habeat magis in votis, quam ut pristinæ restituatur sanitati, & jamdum Medicum quendam in vicinia Expertum in Consilium, quamvis incassum hactenus, adhibuerit, quare metuendum, hoc malum habituale factum perfectam curationem omninò respuere: ideoque

quemeritò iniquis Domini Patientis con
doleo fatis, quæ mihi impræsentiarum v
aliquid boni ominari permittunt. Interi
tamen non usque adeò despondeat animo
sed potius Deo confidat, idque arripia
solatii, quod sæpiùs, divina favente grati
in Medicina miracula fieri soleant, & qu
desperati habiti, sanitati pristinæ sint re
stituti. Itaque, quod Deus benè vertat, cu
rationem sequenti methodo adornabimus
ut, quod palmarium est, lympha acri
temperetur, fluida inspissetur, ebullitione
sanguinis continuæ lentæ hecticam causan
tes, sistantur, & demum ulcus pulmonum
quantum possibile, consolidetur. Quare

No. I. ℞. *Rad. Chin.*
Cichor. hort.
Scorzon.
Liquirit.
Ras. C. C. ana ℥ß.
Herb. pulm. Macul, *mp.* j.
Salv.
Fl. Hyperic.
p. pap. Rh. ana *mp.* ß.
Caric. pingv. No. IX.
Cinam. Elect. ʒj.

Incis. & contus. coque in s. q. ▽. font.
decoct. col.

℞. ℔. ii.

℞. ℔. ij. *Quibus adde*
▽è typh. Cerv. ℥vj.
Spec. diatragacanth. frig. ʒj.
Bals. ♁ii. ℈ß.

M. D. S.
Temperirender Brust- und Fluß-Tranck / stündlich gerüttelt I. Weinglaß etwas warm zu nehmen.

No. 2. ℞. *Conserv.* Meliss.
fl. ros. rubr.
citr.
Pæon. ana ℥ß.
Condit. Rad. *Eryng.*
lactuc. Hispan. ana ℥iij.
Corall. rubr. pr.
Magist. succin. ana ʒß.
Syrup. Corall. q. s.

M. F. Condit. moll. D. S.
Linderend und Hauptstärckender Zucker/ worvon Abends bey Schlafzeit einer welschen Nuß groß zu nehmen.

Quibus præmissis, & pro necessitate iteratis, blando laxante, lymphæ in pectore hærentis revulsio atque imminutio instituatur.

No. 3. ℞. *Rad. Cichor.*
Polypod. ana ℥ß.
Ras. C. C.
L. *Sassafr.* ana ʒij.
Passul. min. ℥j.
Incis. Coqv. in s. q. ▽. *font.*
Colat. ℞. ℥v. *In quibus adhuc ferventib*
infund. Fol. s. s. s. ʒiß.
Stent. in vase tecto aquæ fervent
imposito per quadrantem hor
posteà adde
▽. *Cinam. bor.*
Syr. de Cichor. c. Rhab. ana ʒij

M. D. S.
Linde abführender Brust-Tranck,
innerhalb einer Stunde warm
zu nehmen.

Purgatione factâ, conditum anteâ præscriptum de die bis nempe hora una ante prandium, & hora quarta pomeridiana sumatur, circà noctem verò sequens pulvis usurpetur.

No. 4. ℞. *Antihect. Poter.* ʒi.
Margarit. Orient. pp. ʒß.
Croc. Or. gr. IX.
Laud. op. gr. iii.
Arcan. dupl. Myns. *gr.* v.
M F. Pulvis. div. in 3. part. æqv. D. S.
Alle Abend 9. Uhr 1. mit Caffee-Wasser
zu nehmen.

No. 5.

N. 5. ℞. *Mat. perlat. Crüg. transmiss.* ℈j.
Bals. Peruv. gt. j.

D. S.

Morgends / Mittags 4. Uhr / und Abends 9. Uhr mit Eichen Laub Wasser zu nehmen/wormit biß zur völligen Heylung anzuhalten.

No. 6. ℞. *R. fl. papav. Rh saturat. Aqu. rosar. Extract.* ℥j.
Otr. dulc. ʒj.

D. S.

Kühlende Tinctur in das gewöhnliche Trincken / täglich 80. biß 100. Tropffen zu thun.

No. 7. ℞. *Conserv. rosar. rub.* ℥iv.
Pulv. *Rad. consolid. maj.*
Fol. Marrub. ana ʒiß.
Bol. Arm. ppt. ʒj.
Pulm. vulp. ppt. ʒij.
Syr. Myrtin. q. s.

M. F. Elect. D. S.

Allezeit eine Stunde vor dem Mittags-Essen einer Welschen Nuß groß zu nehmen / und zwar so lang das Pulver No. 5. gebraucht wird.

Cæterum in diætha Dn. Patiens ita se gerat, ut semper eligat aërem siccum, tempera-

tum, cibum comedat facilis digestion[e] & multi nutrimenti, uti est, caro aviu[m] mondanarum, caponum, gallinarum, v[i]tulorum, pisces item saxatiles, Oryza, ho[r]deacea ptisana, juscula ex farina avenace[a] milium in lacte Chalybeatô coctum. La[c] etiam est laudabile, & præstat in hoc affe[]ctu asininum & muliebre: Verum cum i[l]lud ubique haberi nequeat hoc verò pe[]tere, verecundia ferè impediat, caprillum imò & vacinum intereà substituat, illud[] que recens mulctum cum sacharo, ve[l] quod tutiùs, dilutum aquâ Caffee usurpet ne fortè materia purulenta indè augeatur. Pro potu Cerevisiam claram, consistenti[æ] mediocris nec nimis recentem suadeo, ve[l] quod melius sequens decoctum.

No. 8. ℞. *Rad. sars. parill.* ℥i. *Liquirit.* ℥ß.
Cort. lig. sanct. ʒij.
Herb. plantag.
virg. aur.
Fl. farfar. ana *mp.* iß.
passul. min. ʒv.
jubjub.
Sebest. ana *No. X.*
Cinam. Ellect. ʒj.

Incis. Coque c. ▽. *scab.* & *communi* ana *Mens.* iij. *ad consumptionem* 4. *partis, colatur. adde tantillum Clyss.* ♀*ii ad gratam aciditatem de quo pro lubitu tempore prandii* & *Cœna, bibat.*

Præte-

Præterea tale etiam Periapton, quod plurimi hic commendant, conficiat ℞. Camp. ʒj. Ligetur in linteum tenue, atque de collo suspendatur, perpetuòque gestetur. Interim motum vehementem, vigilias nimias, ex animi affectibus iram, terrorem, tristitiam atque venerem cane pejus & angue fugiat. Quibus licet dubio procul valetudini per multos adhuc annos optimè consulere potuisset præsens subjectum: Verum consilio hoc meo neglecto, sequenti Autumno secundum Canones extinguebatur.

CONSILIUM VI.

De

MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA.

VIR Juvenis 37. annorum Studiorum causâ Wittebergæ vivens, ab ortu Cholericus, & hinc ad iram proclivis, literatum ab ineunte ætate eâque increscente, Philosophiæ ac Theologiæ Studió immensè deditus, postquam eos in Philosophiâ progressus fecit, ut Testimonium honorificum, ab inclytâ Facultate Philoso-

phicâ, nempe Magistri Titulum summ cum laude adipisceretur, proximi utilit tibus, & Informationi Studiosorum se a comodare cœpit, & ne muneris sui part vel segniter exequi, vel negligere videre tur, aliorum Studiis consulturus, sanitatem suam susque deque habuit. Integras s quidem octo horas, legendo ac disputan do insumere quotidiè cogebatur. Cibo qualitatis & quantitatis vitio laborantes non planè masticatos, oromatibus nimi um & bilis amaritudine, quam crebrâ ex candescentiâ suppeditavit, conditos, ἀκαι-ρῶς καὶ ἀτάκτως deglutivit. A Laboribus ad pastum, & ab hoc ad illos festinans, in tempestivis scriptionibus, lectionibus, & meditationibus se multum defatigavit; post habitâ ferè omni quietis ad vires dura-biles reddendas, reficiendasque, necassariæ fruitione. Et ne funestos errores, quos interdiu erravit, motu intermitteret, ob æstuans uberiorem Theologiæ thesaurum accumulandi desiderium, non absque in-signi virium jacturâ, & spirituum dispen-dió continuatâ meditationum & lucubra-tionum assiduitate, somnum interrupit, svavissimi illius virium recreatoris genio seipsum defraudans. Mœrore, in quem partim bona sua ab impio milite spoliata,

partim

partim malevolum obtrectationes & calumniæ ipſum conjecerunt, mirùm in modum ſe torſit, & ob invidorum morſus atque roſiones crebriores animi exacerbationes perpeſſus eſt. Quam victus vivendiq; rationem taliter annos aliquot continuatam tandem lerna malorum, graviſſimorum Sympotomatum Syndrome excepit. Conqueritur enim Clariſſimus Vir de capitis temulentia & ſomno interrupto, & quod, ea quæ inter familiares expeditè quidem ob conceptuum tamen varietatem varia, inter ignotos linquâ balbutiente proferre cogatur, & vox faucibus hæreat, quod in congreſſu hominum anxius non metuenda metuat, ambulaturus titubationem ſentiat, Apoplexiam, Epilepſiam, Syncopen, & mille alia ſibi imminere vereatur, imò quod comeſturo aliter, ſcripturo calamus ſæpè manu excidat, quod ad leve animi corporis ve exercitium horis præſertim matutinis & jejuno ventriculo langueat, inſuper βραδυπεψίαν cum ructibus, quandoque & borborygmos flatulentam præcordiorum diſtenſionẽ & tormina περὶ τὸν ὄμφαλον, rarioribus tamen intervallis & nocturno tempore potiſſimũ, aliasq; moleſtias experiatur. Quare ad ejusmodi redactus anguſtias, omnisque Conſilii inops, literis ad me datis humaniſſimè

petiit, ut ego ipsi Cognato meo medican[di] præstarem opem, quæ etiam sequentem i[n] modum instituebatur.

Islebiæ d. 1. Jun. 1690.

RESPONSUM.

Conflictatur Clarissimus Vir, & qui[dem] ex tacitâ confessione per enu[me]rationem Symptomatum factâ, Me[l]ancholia Hypochondriaca, quæ inter metus atque mœstitia diuturna primas te[-] nent; quemadmodum Hippocr. *Sect.* 6 *Aphor.* 23. expresſè testatur. Quæ verò non nisi à malo Hypochondriacô erudi[-] tis quasi hæreditario orta videtur; Dum enim aliis inservire student, ipsi sæpenu[-] merò consumuntur, id quod & Tuæ Claritati obligisse, vita anteacta & intem[-] peries Melancholica contracta proh! con[-] firmant. Quodsi igitur in causam sedem[-] que hujus mali inquiramus, acidum vi[-] scidum, humorem illum venerandæ An[-] tiquitatis Melancholicum atro carbone notandum, & in primis viis digestoriis, secretoriis, & in totâ M. S. abundare ultrò fatendum erit, qui impræsentiarum ven[-] triculo, intestinis & Systemati nervose

ideò

ideò potiſſimum infeſtus videtur, quod per errores diætæ & lucubrationes immoderatas maximè in has partes peccatum fuit, unde præ reliquis magis debilitatæ, magis etiam injuriis morboſis ſunt expoſitæ. Cumprimis ſub ejusmodi ſuccorum conſtitutione flatulentâ admodum turbantur vires animæ, & hinc promanantes operationes mentis, ubi vigor Judicii perit, & anima vitioſis ideis, â principiô animali qualitates ſanguinis craſſi, feculenti turbidique retinente, ſubminiſtratis tantum non immerſa, verum â falſô diſcernere nequit, quæ proinde ſimulacra meticuloſa ob perverſam imaginationem continuò ipſi obverſantia, gravatè fert, atque hinc ad pavores vanos, moeſtitiamque Cor diſponit. Anima enim noſtra, cum conſtet ex æthere ſplendidô puriſſimôque, Cæditur ab obſcurô ſpiritu eoque caliginoſo, habetque odio tenebras: Ejusdem verò pasſiones demum in Corde manifeſtantur, ubi fibrillarum nervearum convulſiones, ſanguinis in dextrum Cordis ventriculum ingreſſum, & ê ſiniſtro egreſſum, admodum morantur, quo pacto M. S. ob lenorem ſpir. ad ſubſiſtendum per ſe jam

jam prona, diuturniores moras nectens angustias præcordiales causatur. Atque hinc illæ lacrymæ: Quod Tua Cl. in congressu hominum, quasi oblato capite Medusâ, contremiscat, & minimè metuenda metuat, quod ambulaturus titubationem, post exercitia quantumvis moderata insolitum languorem, imò Apoplexiæ, Epilepsiæ, Syncopes quosdam quasi prænuncios sentias. Ex quibus profectò ad oculum patet, quàm arctò se invicem contingant nexu moestita & Melancholia, ita ut promiscuè & signi Pathognomonici, & causæ vices sustinere possint, id quod ipsa experientia comprobat: Multi enim quotidiè observantur, qui moeroris & timoris diuturnitate Melancholici evaserunt. Ut enim teste Aristotele τινα ἀλλήλων αἴτια, sunt: Ita in circuitu se generant, juvant, augent timor, moeror, & Melancholia. Nam Melancholia infert timorem |& moerorem|, ut hi duo, ubi præsertim diu perseveraverint, Melancholiam generant, pro corporis constitutione nunc citius uunc tardius. Ea verò, quam suprà nominavi, lympha acida viscida, ventriculo atque hepati p. n. constitutis, imputanta est,
quæ

quæ viſcera ad negotium digeſtionis, depurationis & exaltationis particularum Chyloſarum & ſanguinearum præ reliquis multum conferunt, adeò, ut vitium in his commiſſum, vix ac ne vix quidem poſteà corrigatur. Et ſanè quali injuriâ affecerit, Tua Cl. prædictas partes, ex relatione propria abundè patet; quando ſæpiſſimè ventriculo cruda offa fuit objecta, victu quantitate & qualitate peccante, Chylus acidus & viſcidus ſubminiſtratus, atque poſt frequentiorem aromatum acriorum aſſumptionem, incandeſcentiam, vigiliasque protractas, temperamentum Cholericum tandem in intemperiem abiit, unde ex acido Chyli & bile nimium alcaliſatâ ſalſedo p.n. Scorbutica ſuborta eſt, ſi quidem Mechanica docet ſalſedinem ex his duobus humoribus combinatis provenire, majorem minoremve, prout alter prædictorum ſuccorum quantitate alterum ſuperat, quemadmodum videre licet in ſpiritu ſalis & Mercurio vivo, qui in corpus ſumme corroſivum, ſalſum nempe, Mercurium ſublimatum commutantur. Ex quibus facilè demonſtratur decantatam viſcerum ἀνλιπραξίαν non adeò abſurdam eſſe, ac â nonnullis moderno-

dernorum habetur, quam experientia pra-
ctica toto die cumprimis in subjectis sub
Climate Scorbutico degentibus compro-
bat. Quando igitur ventriculus Tuus
Cl. Vir, rudem ejusmodi indigestamque
molem elaboravit, cui deinde acrior
commiscebatur bilis, succusque pan-
creaticus acidior, quid ex hac mixtura
Tibi promittere poteras? nisi ejusmodi,
quocum nunc colluctaris, statum, & qui-
dem ob exsuperans magis acidum visci-
dum, Melancholicum, sive Scorbutum
fixum. Atque sic facilima erit Sympto-
matum enumeratorum explicatio, quip-
pe quæ omnia sanguinem crassiorem, aci-
dum, salsum, & penuriam spirituum ani-
malium præsupponunt, quæ inter præci-
pitantia loquelæ, quam non usque
adeo in Pathologicis vulgatis declaratam
novi, inprimis considerationem altiorem
fortè merebitur, dum ab Aëtio Excellen-
tissimo Venerandæ Antiquitatis Semiolo-
go, Melancholicis maxime familiaris per-
hibetur, id quod ab abundantia flatuum
partim â quibus dum nimis velociter lin-
gua impellitur, in loquendo præpeditur,
partim a convulsione Musculorũ linguæ,
formicantem nervorum noni paris sive
lin-

linguam motoriorum motum subsequente, provenire arbitror, quando spirituum animalium impetus, voluntatis determinationi, non tam promptè obsecundare potest, ob Tubulos nervorum â succis visciodioribus obstructos, ubi Spiritus animales parcius influentes tale robur linguæ suppeditare nequeunt, quale ad voces articulatè distincteque proferendas requiritur. Quod vero hanc balbutiem interdum totalis aphonia subsequatur, metum, quem Tua Cl. ex congressu ac intuitu ignotorum concipit, in causa esse puto, qui dum memoriæ officit, loquelæ etiam impedimento esse potest, quemadmodum experientia aliàs testatur, homines ad subitam consternationem obmutuisse, unde & procul dubio illud Poëtæ ortum est: *Obstupui, steteruntque comæ, vox faucibus hæsit.* Scilicet sub tali statu, & simul ventriculo saburra acido viscida repleto subitanea laryngis constrictio, cujus Musculi, cum Oesophagi musculis in consensum rapiuntur, præstò est, quæ aërem sonorum quasi suffocat, atque omnem loquendi facultatem penitus adimit. Quorum præterea malorum in relatione passim facta fuit mentio, ea jam

silentio prætereo, quod veluti pedissequa dominas comitantur, suas ideoque, peculiarem Analysin vix promerentur: Singula vero vernali & Autumnali tempore, quod Tua Cl. miratur, exacerbari, æstate vero inducias quadantenus concedere nec novum nec infrequens est, imo suo jam ævo ab Hippocrate, *Aph.* 20. & 22. *Sect.* 3. prænunciatum, in quo negotio Athmosphæræ nostræ diversitas potissimum culpanda, quæ sub Vere & Autumno p. n. in corporibus impuris fermentationes excitare solet, utrobique transpirationis insensibilis defectu velificante. Etenim describi vix potest, quantum commodi prompta ejusmodi succorum evaporatio homini afferat; quòd melius sentitur quam dicitur. Quibus ita consideratis, Tua Cl. facillimè curationis scopos intelligere poterit: Nempe impuritas Melancholica, acidum & salsum M. S. quæ primas vias obsessas tenet, evacuantibus plandis, per epicrasin adhibitis eliminanda, & quidem prævia ejusdem contemperatione & præparatione; Corroborationi opera danda est seduló, ita ut ventriculo suus restituatur tonus, bilis ad temperiem convenientem reducatur; Nè

collu-

colluvies acida flatulenta confertim mentis sedem occupet, derivatione & revulsione prospiciendum : vapores verò eò jam tùm ablegatos dissipare, simulque partes recipientes, ne illos tam promptè admittant, roborantibus munire, atque nervorum convulsiones sedare oportet; id quod sequentibus ordine præscriptô usurpandis, quantum possibile efficietur. De eventu, & utrum satisfieri huic intentioni possit, paucis ita sentio. Pro re natâ, & hâc ætate, si curationis κατὰ λόγον institutæ filum, uti cœptum est continuetur, & Vir Cl. communicatis remediis constanter usus fuerit, aderit vocatus Apollo, & successu medicamenta usurpata beabit ex optatissimo : Sed morbi ab acrimoniâ acidâ producti, lento passu abeunt, & alterationes successivas amant. Ergò quod mecum speres, ex animo Tibi precor.

Series Medicamentorum assumendorum.

No. 1. ℞. Essent. ♂. Absynth. VVed. l. in defectu
R. ♂. *cum Cryst all. ♀ri parat.* ℥ß.
~ ⊖*l. ♓ci. Anis.*
Liqu. ▽. *fol. ♀ri. ana.* ʒj.
M. D.S. Eröffnende und Blut-
reinig

reinigende Tropffen / früh
und Nachmittag 4. Uhr 4.
mit warmer Brüh zu neh-
men / und sich darauff wohl
zu bewegen.

No. 2. ℞. ⊖l. vol. °°/. *Sylv.*
Elix. rediviv. Helmont. ana. ℥j.
⌒. ⊖l. *dulc.* ℥ß.
M. D. S. Magen-stärckende
Tropffen / von welchem je-
desmal eine halbe Stunde
vor der Mahlzeit / 50. mit
Bier zu nehmen.

No. 3. ℞. *Oc.* ♋. *ppt.*
♁. *diaph.* ♂*at. ana.* ℥ß.
Arc. dupl. Mynsicht. ℈ß.
°°. ♌. *Mac. gr. j.*
M. Divid. in 2. partes æqu. D. S.

Temperirende Pülverlein Abends
9. Uhr mit Bier zu nehmen.

Quibus per unam alteramve septimanam
usurpatis, sequens potiuncula laxans in-
terponatur, quo cruditates in ventriculô
stabulantes quadantenus evacuentur, &
simul fibræ ventriculi disponantur ad fa-
ciliorem vomitorii subsequentis opera-
tionem. No. 4.

No. 4. ℞. Rad. *Cichor. hort.*
Polypod. ana. ℥j.
Ras. c. c. ʒii.
Fol. s.s.s. ʒiß.
Cryſtall. ♁*ri.* ʒj.

Inciſ. coque exceptis modò fol. ſem. in ſ. q. ▽. *flor. acac. remanent.* ℥vj. *quibus adhuc ſerventibus infund. Fol. ſent. ſtent. per horæ quadrantem in aheno aqua fervida repleto, poſteà denuò coletur & addantur.*

▽. *Cinam. borag.* ℥iij.
Antihect. Poter. ʒß.
Syr. de Cich. c. Rh. ℥ß.
M. D. S.

Linde abführender Tranck/innerhalb 2. Stunden nacheinander zu nehmen.

Corpore ſic per inferiora evacuato, & tenacitate materiæ maximam partem infracta, res per ſuperiora tentanda erit, quò ventriculus funditùs commotus omnem ſaburram evomat.

No. 5. ℞. ♁*ri. emet. Mynſicht. gr.* iij.
♉. *diaph. gr.* v.
⊖*l. abſynth. gr.* j.
M. F. Pulvis. D. S.

Brech-Pülverlein früh nüchtern mit ein wenig Bier zu nehmen.

D Poſteà

Posteà, *No.* 6. ℞. *G. ♓ci. depurat.* ℈ij.
As. fœtid. ℈j.
Ɵl. ♂. ad albed. calc. gr. vij.
Oc. ♋. ppt. ℈j.
M. F. c. Elix. propr. s. acid. Pil. ex ℈j. *No.*
D. S.
Allezeit Morgends und Mittags ... Uhr 1. zu nehmen / worauff et... was von warmen Thee-Wasse... zu trincken.

No. 7. ℞. *Mat. Perlat. Crügn. transmiss.* ℈j.
R. *Castor. cum men. volat. gt.* v.
D. S.
Alle Abend bey der Ruhe mit ein we... nig Linden-Blüth-Wasser zu neh... men.

No. 8. ℞. *♒ Carm. Sylv.* ℥ß.
R. ♉. Qris. ʒij.
Castor. c. Menstr. volat.
Anod. Langel. ana ʒß.
M. D. S.
Schmertz-legende Mixtur im Fall der Noth 40. biß 50. Tropffen mit Bier zu nehmem.

Quæ, ut & sequens potiuncula, alternatim, urgentibus doloribus colicis, palpitatione Cordis, respiratione difficili & lassitudine egregiè

gregiè convenit, inde eandem Dominus Patiens sibi habeat commendatissimam.

No. 9. ℞. ▽. *fœnic. Meliss. s. v.* ana ℥ij.
Carm. Dorncrel. Cinam. borag. lil. convall. c. V. ana ℥ij.
~. ◐tr. dulc. ℈j.
Syr. Cort. ○. ℥iij.

M. D. S.

Blehungs-Wasser öffters Löffel-weise zu nehmen.

[E]andem Symtomatibus maximam partem curatis, ad reliquias tollendas sequentia per aliquot septimanas quotidiè in usum veniant.

No. 10. ℞. ℞. *Corall. Antiscorbut. Mich.* ℥ij.
Essent. L. *Aloës*
Succin. volat.
Diagalang. ana j℥.

M. D. S.

Sonderliche Stärck-Tropffen / alle Morgen 50. mit Thee zu nehmen.

No. 11. ℞. *Rad. Ari.* ℥ij.
Croc. ♂. *aperitiv.* ℥j.
Corall. rubr. ppt.
Ocul ♋. *ppt.* ana ℈ij.
Cremor. ♀*ri.* ℥j.
Cinam. acut. ℥ß.
°°. *Cariophyll. gt.* iij.

 M. F.

M.F. Pulvis subtilissimus. D.S.

Alle Mittag 4. Uhr 1. Quintlein schwer mit kaltem Bier zu nehmen / und sich wohl darauff zu bewegen.

Quibus singulis mensibus imò etiam quando necessitas, & obstructiò alvina urget, interponatur potio laxans superiùs præscripta. Prætereà haud inconsultum erit curare, ut saphæna interna dextri sinistrive pedis, purgatione corporis facta, secetur, tùm ad plethoram Hypochondriacis respectivè familiarem, tùm ad spasmorum violentiam, qui ab obstructo venæ portæ trunco oriri solent, imminuendam & cohibendam. Diæta haud difficulter, modò Tua Cl. ad causas hujus mali sedulò attendat, adornabitur. Hilaritas, conversationes bonorum, motus citrà defatigationem multam, atque haustulus Vini Hispanici aut Canariensis in prandio & cœna hic omne ferunt punctam, à quibus spirituum penuria resarcietur, pristinus Sanguini vigor Clylo, sua redibit dulcedo, atque ideæ meticulosæ tandem dissipabuntur.

CON-

CONSILIUM VII.

De

CONVULSIONIBUS HYSTERICIS CHOREAM S. VITI ÆMULANTIBUS.

CÆmentarius ſuburbanus conqueritur de ſtupendo filiæ undecim annorum fectu, quod ſcilicet per 14. dies ſubitò oncidere, brachiis, capite, pedibusque orrendum in modum terram quatere, terdum in capite conſiſtere ſoleat, pedi- us parietem contundendo. Refert præ- reà hanc tragediam de die tantùm on eſſe continuam, & vago quidem, ſed eberrimo inſultû miſeram excruciari, octem autem integram hactenus vacuam anſiſſe. Paroxyſmum imminentem odit oſcitatio, quo finito, & quidem abs- ue ullo doloris moleſtiæve ſenſu ſurgit, que Cereviſiam petit. Quæ Sympto- ata, licet in tantum remiſerint, poſt edicamenta prævia ſolicitatione paren- Calendis Junii ordinata: Attamen b novi lunio proximo, maxima cum ve- ementia & longe graviora rediere adeò

ut adstantes etiam supernaturale quidpiam imò dæmonium subesse suspicarentur. Siquidem nunc non modò in dorso procumbens sese movebat sed etiam mox deorsum, mox sursum, mox quasi in gyrum agebatur, modò gradiebatur, manibus pedibusque instar canis, carlebat apprehendebatq; adstantium ligulas, colligebat floccos, filamenta, plumas & stramen, quæ omnia ori ingerebat quasi devoratura, sed iterum rejiciebat, nihil loquebatur, interdum incurvat præcipitem se in caput & subitò in pedes revolvebatur ultrà centies (Germani vocant den Bock stürtzen;) post Paroxysmum autem omninò actorum erat nescia, quem instare primò spasmi ventris, hinc oscitatio, & tandem ingentes Hypogastrii tam in-quam extrorsum observabiles contorsiones præsagiebant. Cum igitur afflictus parens denuò meam imploraret opem, simul flagitans ut ipse misellam visitarem, ejusdem petito gratificaturus, domum in qua puella decumbebat protinus accessi, atque debita inspectione, omniumque Circumstantiarum examinatione facta, curationem, præmisso tamen prius judicio Medico, sequentem in modum suscipere placuit, *Islebiæ d.* 21. *Junij*, 1690.

RESO

RESPONSUM.

Videtur quidem hunc affectum speciem quandam Epilepsiæ, ab adephagia huic ætati familiari, oriundam esse, atque vitio primarum viarum succis acido austeris refertarum provenisse, â quibus nervi teneriores vehementer stimulati, tandem in motus convulsivos consenserunt, Epilepsiam Sympathicam producentes, quam ob causam quoque Calendis Junii, ob denegatam t. t. subjecti ægrotantis inspectionem, atque justum deliberandi moram, arbitratus sum medicamentis evacuantibus, emeticis, & purgantibus, antepilepticis interpositis, rem optimè cessuram, quemadmodum etiam Paroxysmus horis pomeridianis penitus evanescebat: Attamen convulsiones illas potius Hystericas esse, & â stagnatione quadam sanguinis circa uterum oriri, ocularis inspectio docuit, quando habitus corporis puellæ succi plenus, ætas præparationi vasorum uterinorum, ad futuram proximè sanguinis Menstrui excretionem, favens, & suffocationes hypogastrii inflationem, convulsionemque subsequentes, evidentissimè suadent, causam morbificam hîc nidulari,

 atque

atque Systema nervosum in consensum ra-
pere, id quod non nisi â pressurâ & disten-
tione partium nervearum provenit, unde
non potest non mens ipsa insigniter turbari
& imaginatio simul depravari, quâ depra-
vatâ, musculos etiam aliquot ad motus
involuntarios compelli omninò possibile
est. Quibus ita se habentibus, ratio me-
dendi prius instituta, aliâ ingrediatur viâ
oportet nempe cumprimis sanguinis sta-
gnatio tollatur, atque uterus Antispasmo-
dicis & confortantibus specificis ad blan-
dam disponatur requiem.

Medicamenta Calendis Junii ordinata.

No. 1. ℞. 🜍*r.* ☉*ti* ♁.*gr.* v.
☿*ri Emet.* M*ynsicht. gr.j.*
Arcan. dupl. Mynsicht. gr. iij.
Syr. d. squill. ℥ß.
▽ *foenic.* ℥j.
M. D. S.
Säfftlein zum brechen auff einmahl.

No. 2. ℞. ▽. *fl. Til.*
Ceras. nigr. ana ℥iß.
Epil. Lang.
ê typh. cerv. ana ℥ß.
R. *Castor. c. Menstr. volat.* ʒj.
anodyn. Langelot. gt. XV.

Specif.

Specif. Cephal. Mich. ℈ij.
Succin. alb. ppt. gr. xiij.
Syr. fl. tun. ʒiij.

M. F. Potio D. S.

Verwahrend Trüncklein öffters wol gerüttelt 1. Löffel voll.

No. 3. ℞. *Rad. Poeon.* ℥j.
Ireos fl. ʒij.
Fl. hyperic. mp. i.
Fol. f. f. f. ʒv.
Sem. Poeon.
Foenic. ana. ʒij.
Passul. min. ℥j.

Incis. & contus. coqv. in s. q. ▽ font. usque ad remanent ℔. I. D. S. Alterierend und laxierender Tranck / von welchem alle Morgen und Abend bey Schlaff-Zeit 1. Weinglaß warm zu nehmen.

No. 4. ℞. *Rad. Poeon.* ʒij.
Sem. Poeon.
C. C. ust. ppt. ana ʒj.

Incis. gr. mod. M. D. S.

Species in ein Knöpfflein zu binden / und in 1. Maaß Bier zu hengen / worvon bey Tisch und sonsten zu trincken.

Medicamenta d. 21. Junii præscripta.

No. 1. ℞. *Pulv. Rad. Jalap.* ℈ß.
Diagrid. gr. v.
▽ *Cinam. borrag.* ℥ß.
Julap. rosar. ʒj.

M. D. S.

Purgier-Säfftlein auff einmahl.

No. 2. ℞. *Rad. Scorzon.*
Poeon. ana ℥j.
Herb. Meliss. Salv. Artemis. rubr. Rut. aa. mp. ß.
Fl. hyperic. Poeon. ana p. ij.
Fol. s. s. s. ℥j.
Cort. Citr. ☉*tiar. ana.* ℥ß.
Sem. foenic. stellat.
Galang. ana ʒj.
Passul. min. ℥iß.

Incis. & Contus. coqv. in s. q. ▽ font. usque ad remanent. ℔ ij. Colat. add. Sacchar. clarif. ℥j.

D. S.

Sonderlicher Abführender Tranck/ täglich früh Morgens 1. Weinglaß laulicht zu nehmen.

No. 3. ℞. *Gum. galban. Acet. ad pult. form solut.* ℥iß.
Therebinth. clar. ℥ij.
in quâ dissolv.
Pulv. gum. Tacamahac. ʒv.
anim. ʒij.
Ass. foetid. ʒiij.

Lique-

Liquefactis successivè commisc.
Pulv. Myrrh. ℥ß.
Pulv. Matricar. Artemis. ana. ʒij.
Sem. Dauc. ʒiß.
F. L. a Emblastrum, cui illinatur.
☍ ♌ *Puleg.*
Roremar. ana. ℈ß. *D. S.*

Sonderlich stärck- und zertheilend Pflaster auff den untern Leib zu legen/ (ita tamen ut etiam umbilicus eodem tegatur) und continuirlich zu tragen.

No. 4. ℞. Pulv. *sternutat. virid. transmiss.*
Castor. gr. v.
M. D. S.

In währenden Paroxysmo ein baar Erbsen greß in die Nasen zu blasen.

No. 5. ℞. *Bezoard. Miner.* ℈j.
Dnar. gr. iix.
Castor. pl. gr. xv.
Rad. helleb. nigr. ver. pl. gr. iv.
🜍*r.* ⊖*l. anodyn. gr. iij.*

M. divid. in duas part. æqual. D. S.

Sonderliche Pulver / welche allezeit . Tage vor dem neuen Licht früh Morgens 5. Uhr / wie auch inzwischen bey vermerckten Paroxysmo mit Linden-Blüth-Wasser zu nehmen.

Deni-

Denique, & quod palmarium est, V. sectio in pede circà proximum Novi lunium instituatur, primâ vice modica, postmodum verò ex consilio Medici eodem tempore repetatur. Interim non diffiteor omnimodam ab hoc malô liberationem non nisi tum, cum puella primâ vice tributum Menstruum solvere cœperit, esse sperandam.

CONSILIUM VIII.

De

CRANII VULNERATIONE CUM CEREBRI CONCUSSIONE ATQUE ECCHYMOSI LETHALI.

Studiosus quidam egregiæ indolis ac eruditionis, domo Sangerhausanus, circà Festum Pentecostes Lipsiâ Sangerhusam veniebat, relaxandi animi per ferias consuetas gratiâ, qui cum ibidem feriâ secunda interfuisset splendido convivio, quod Officialis militiæ Saxonicæ Electoralis, adornaverat, & Vino benè madefactus reversurus domum militi cuidam horâ undecimâ noctis obviam tenderet, fortè

forte fortunâ in tenebris â militis bombarda offenditur, quod dum ægrè patitur, verbis minacibus saltem in militem invehit, dicendo, se olim cum in Gallis atque Italia castra Martis sequeretur, bombardam aliter gestasse. Alter autem qui hunc studiosum comitabatur, gladium in militem furibundus stringebat; quo viso, ex saltu retrò facto miles sclopetum suum debito modo applicat, & cum dicto, **wollen wir miteinander dran** / illud animosè explodit, globulò Studiosi pallium & parietem a tergo ipsius penetrante. Hoc facto comes ejusdem perterritus saluti suæ pedum celeritate consulebat, & aufugiebat. Juvenis autem hic inermis manibus apprehendit militem, & in terram projectum pugnis egregiè pertundit, adeò ut manumissionem pacemque efflagitare cogeretur. Verum misso illo dum bonus iste Studiosus pileum suum quæritat, ecce impius miles inverso sclopeto, summo conatu illum bis ad aurem dextram & suprâ oculum sinistrum percutit, ut actutum in terram attonitus corrueret, atque prolaberetur. Subito interim tumultu atque clamore factô, undique accurrunt vicini, & semimortuum in domum parentis,

rentis deportant, ubi ſopore & delirii quibusdam obſervatis, circa ſeptimam matutinam expiravit, antequam de accerſendô Medicô, ut in ejusmodi perturbatione fieri ſolet, amici cogitarent. Poſt Feſtum, ut dicitur, ego velut convivà ab eodem Officiali ante octiduum Islebiæ ut Sangerhuſam venirem rogatus una cum Viro Experientiſſimô ejusdem Civitatis Practico Ordinario accerſor, sed quia præſens rerum ſtatus omne Medicum auxilium eludebat, judicium Medicum ſolummodò de lethalitate vulneris, id quod adſtantes deſiderabant, præmiſſa ſectione & exploratione vulneris conſueta, breviſſimis hiſce aperire placuit. Sangerhuſæ d. 3. Junii. 1690.

RESPONSUM.

PRopter ingentem Meningum & Cerebri ecchymoſin poſt ſeparatum cranium valde depreſſum, fractumque conſpicuam, cujus fruſtula quædam in ipſam Cerebri ſubſtantiam adacta videbantur, vulneratus nunc vita defunctus, juxta dictamen artis, remediisque Chirurgicis hactenus notis, minime reſtitui potuit, cerebrô

erebro videlicet enormiter læſo & undi-
ue ſanguine ſuffuſo; licet a Trepano op-
ortunè adhibito aliquid levanunis ſpera-
e licuiſſet.

CONSILIUM IX.

De

PARALYSI.

VIr quidam ex Dynaſtia Schrapelau conſtitutionis corporis alias calidæ & ccæ, ob accedens ſenium, caloremque ativum languentem, multas cruditates que humores excrementitios cumulave-it, qui demum in caput translati princi-um nervorum obſtruxerunt, & ita ve-m Apoplexiam, ſignis propriis, verti-ne ſcilicet, oculorum caligine, mem-rorum torpore, præcedentibus produ-runt. Poſt Paroxyſmum exantlatum niſtri lateris paralyſis ſequitur, ita ut harmacopæi cujusdam in vicinia auxi-um implorare fuerit coactus. Hic Me-camenta quædam ſubminiſtrat, ſpiri-m nempe Juniperinum, & unguentum: erum hiſce nihil proficientibus, meum ndem, cum fortè ipſi negotium quod-dam

dam apud Venerandum Avum meum ex-pediendum esset, afflagitabat Consilium; postquam ultrà quatuor menses Paralyticus sinistro latere decubuerat. Quem præmisso Prognostico sequenti methodo tractabam. Islebiæ d. 5. Junii 1690.

RESPONSUM.

PRæsens malum utpote inveteratum & ab humore pituitoso tenaciter nervorum principio impacto ortum, omnimodam restitutionem vix ac ne vix quidem admittet, præsertim quia illi præsens Intemperies Melancholica, in quam ii qui sunt in juventute Cholerici, adveniente senectute admodum proclives sunt, favere videtur. Interim quia obstructio levior adhuc existit, sensuum atque loquelæ integritate hoc docente, curatio petita sic instituenda erit, ut humores viscidi nervos prementes attenuentur, attenuatæ evacuentur, caput ipsum cum parte Paralyticâ specificis roboretur; Idque sequentibus ordine usurpandis.

No. 1. ℞. *Rad. Ireos. fl. Helen. acor. ver.* ana. ℥ß.
Fl. salv. Beton. ror. mar. ana. mp. j.
Stoechad. Arab. mp. ß.

Sem-

Sem. Anis. fœnic. stellat. ana. ʒij.
Passul. *min.* ℥ß.

Incis. & contus. conqu. cum ▽. *font.* ℔. iij. *ad consumpt.* 3. *partis colat. aromatisetur.*

Pulv. *Cinam.* ʒij.
Zinzib. alb.
Nuc. Mosch. ana. ʒß.
cubeb. ℈j.

rajiciatur per manicam Hippocratis D. S. igestiv-Tranck / Morgens und Abends n halb Nösel warm zu nehmen.

No. 2. ℞. *Mell. opt.* ℔ß.
▽. *font.* ℔. vi.

qu. lento igne, donec non amplius spument. Decocto add. fol. salv. Puleg. *Beton. hyss p.* ana. mp. j.

qu. ad consumptionem 4 *partis. colat. calida aromatisetur*

Pulv. Cinam. cort. citr. ana. ʒiß. *Gran. paradys.*
Cardamom. galang. ana, ℈j. *Nuc. Mocsh.*
Spec. diatrionpiper. ana. ℈ß.

ajiciatur per manicam Hippocrat. F. tus clarus. D. S.

n statt des ordentlichen Trinckens bey Tisch zu gebrauchen.

No. 3. ℞. *Mass. pillul. d. succin. Crat.* ℈ß.
Res. Jalap.
☿*r. dulc.* ana. gr. v.
⊖*l. volat. succin. gr.* iß.
M. F. c. liqu. 🜄. *fol.* ♀*r.* Pil. *No. XV. asperg. pulv. Cinam.*

D. S. Abführende Haupt und Fluß-Pillen Früh nüchtern auff 1. mahl zu nehmen / und nach befinden alle 14. Tag zu wiederholen.

No. 4. ℞. R. ♂. *helleb. VVed.* ℥ß.
⌒. *Cephal. Buss. l. in defectu liqu. c. c. succin.* ʒ iß.
☍. ♌. *Mac.* gt. j.

M. D. S. Eröffnende Haupt und Glieder Mixtur / von welcher Morgens und Nachmittag 4. Uhr 40. Tropffen mit Bier / oder mit den oben gesetzten Tisch-Getränck zu nehmen.

No. 5. ℞. *Ras. ling. guajac.* ℥v.
Cort. ejusd.
Rad. Helen. Poeon. Irid. fl.
Cort. Citr. sicc. ana. ℥j.
Incis. & Contus. diger. infus. ▽. font. ℔. x. per 24. horas, posteà coqu. Col. & edulc. sacchar. & Cinam. q. s. ad gratiam D. S.

Schweiß-

Schweiß-Tranck zu verdünnung des Geblüts / von welchen Früh und Nachmittag 4. Uhr. sechs Untzen warm zu nehmen / und darauff zu schwitzen.

No. 6. ℞. ♈. *Paralyt. Mynsicht.* ℥v.
Camph. ℈ß.

D. S. Spiritus, wormit täglich 3. mahl die gelähmte Seyte bey der Wärme wohl zu reiben.

No. 7. ℞. *Sapon. Venet.* ℥ij.
Unguent. rubr. transmiss. ℥j.
☍. *Sp. c.* ℥ß.

M. F. linimentum D. S. Nach gebrauchten Spiritu wohl warm zu appliciren.

Quæ medicamenta eventus felicior spê primitus concepta, quemadmodum mihi alio in loco degenti referebatur, Deo sit Laus, secutus est.

CONSILIUM X.

De

ASCITE INCIPIENTE.

VIr quadragenarius Mercator ex Comitatu Mansfeldiæ conqueritur de

tumore ventrem inferiorem, pudenda, & pedes ocupante, deque respirationis inter eundum difficultate: Urinam emittit paucam, subrubram, crudam, crassamque, apetitus ad olida languet, sitis ex adverso admodum affligit, vires sunt fractæ, faciei color pristinam gratiam maxima ex parte perdidit. Igitur à me tum temporis cum Venerando Avo fodinas Metallicas visitante petebat consilium & Auxilium: Id quod etiam statim sequenti die exaravi, & curationem hac methodo suscepi. Islebiæ d. 10. Junii, 1690.

RESPONSUM.

CUm ex relatione facta de Hydrope Ascite nullum ampliùs sit dubium, prætereà in primis viis saburram vitiosorum humorum subsistere ex anorexia pateat: Ideò omnium primò curandum, ut copia earundem per evacuantia minuatur, reliquiæ verò digerantur, atque successivè jam per diaphoresin, jam per catharsin ex corpore penitùs proscribantur, medicamenta confortantia specifica interponendo, ut natura ipsa curationem, cæteroquin molestam, ajuvare valeat.

Medi-

Medicamenta sunt sequentia.

No. 1. ℞. *▽. benedict. Ruland* ℥ß. *D. S.*

Liquor zum Brechen früh nüchtern mit ein wenig Fleischbrüh zunehmen.

No. 2. ℞. *♀ri. ⊖lati.* ℥ß.
faecul. byron. ℨj.
⊖l. C. B.
Genist. ana ℥ß.
M. F. Pulvis D. S.

Digestiv-Pulver Morgens und Abends ein halb Quintchen mit einem Gläßlein Wermuth-Wein zu nehmen.

No. 3. ℞. *Mass. Pil. ♀rear. Querc.*
Resin. Jalap.
☿r. dulc. ana ℈ß.
M. F. c. liquore ▽. fol. ♀ri. Pilul. No. XXI. asperg. pulv. Cinam. *D. S.*

Purgier-Pillen nach gebrauchtem digestiv früh nüchtern auf einmal zu nehmen/ und in einer Stunde ein wenig warme Brühe darauff zu trincken.

No. 4. ℞. *L. Sanct. c. Cort. q. pl. Teratur in subtiliss pollinem & irroretur liqv. △. fol. ♀ri. diger. in vitro bene obturato, per 6. dies in B. ∴ De hoc polline sumantur. 2. Cochlear. plena, add.*
Myrrh. elect. ℥ß.

 Rad.

Rad. Chin. sars. paril. ana ℥iß.
Liquirit. ℥j.
Cinam. elect. Cort. VVinter. ana ℥ß.
Incis. affund. ▽. *pluv. ferventis usque ad 3. partem* ♌. ℔. xij. *Coqv. in B. M. ferventi in aheno fermento optime lutato, & tabula ænea tecto per horas 16. refrig. col. per lint. & serv. in vitro bene obturato* (mit Görck zu gestopfft) *in Cella* D. S.

Alle Morgen ein halb Nösel warm zu nehmen / und darauff zu schwitzen / wormit der Anfang einen Tag nach der vorigen Purgation gemacht werden soll.

No. 5. ℞. *Roob. Sambuc.* ℥iij.
Mithridat. ℥ß.
Syr. Papav. Rh. ℥j.
▽. *aur. Lang. q. s.*
M. F. Elect. D. S.

Jedesmahl 2. gute Messerspitzen mit dem Holtz-Tranck zu nehmen.

No. 6. ℞. *Mastich. Succin. Oliban.* ana ʒj.
Tacamahac. ʒij.
Lign. *aloës.* ʒiß.
Fl. Rosar. rubr. P. iij.
Concis. & cont. gr. mod. D. in scatul. S.

Pulver mit welchem jedesmahl / nach gehaltenen Schweiß die Tücher / welche zum abtrockenen gehören / wohl zu räuchern.

Dia-

Diaphoresin hanc continuabit per octi-
uum. Interim semper post pastum
mat ℥ß. de Pulvere sequenti corrobo-
nte cum pane tosto, vino Malvatico in-
ncto, cujus usus per totum morbi decur-
m, cumprimis debilitate virium urgen-
, quod purgantibus maximè evenire so-
; extrà prandium & cœnam etiam admo-
im proficuus erit.

.7. ℞. *Spec. diarrhod. Abbat.*
Diatrion. sand. ana ʒj.
dialacc.
diacurcum. ana ʒß.
Margarit. Or. ppt.
Corall. rubr. ppt. ana ʒj.
Sachar. Canar. ℥j.

M. F. Tragea. D. S.

Stärck-Triesenets.

In Principio autem Prandii & Cœnæ su-
at ♂. Ol. rectif. gt. v. cùm aliquot
ochl. Juris carnium vel vini absynth.
ost Octiduum Diaphoresi destinatum,
quentes Pilulas, interjectô tamen unius
eriùsve diei spatio ut viribus, si fortè ea
ndem prostratio adsit consulatur, de-
utiat.

No. 8. ℞. *Aloës. violat. gr.* vij.
Resin. *Jalap.*
☿r. ⊕lat.
☿. *diaph. indulcat.* ana *gr.* vij.
M. F. c. Elix.
Propr. f. ✠do. Pil. No. XV. asperg. Pulv. Cinam. D. S.

Veränderte Purgier-Pillen bey Schlafzeit / nach gehaltenen mäßigen und aus weichen Speisen bestehendem Abend-Essen / mit kaltem Bier zu nehmen.

Deinde singulis diebus circà vesperam hoc fomento utatur:

No. 9. ℞. *Herb. Salv. Beton.* ana *mp.* iij.
Ror. mar. mp. j.
Bacc. laur. mp. ß.
Juniper. mp. ij.
Concis. & Contus. M. *D. S.*

Species zur Bähung mit Wasser abzukochen.

Et cubitum iturus repetat dosin Electuarii N. 5. ordinati, atque alvo segniore existente, Pilulas præcedentes, quæ si fortè mitiores videantur, mane eadem dosis superaddi poterit. Quibus sedulo observatis effectum est, ut altissimo Medico. Sit Laus & Gloria, hic Mercator pristinam sanita-

itatem, quemadmodum literis ad me da-
s ipsemet fatebatur, recuperaverit.

CONSILIUM XI.
De
ASCITE CONSUMMATO.

Uvenis Mansfeldensis 26. annorum laborat hydrope complicato, ascite & mpanite, adest magna respirationis diffiıltas, urina perpauca, admodum tincta, uda, crassa, cum sedimento rubro, sitis explebilis, faciei color luridus, vires lanıidæ, & faciei, pectoris & brachiorum ısignis macies. Qui auxilii impetrandi ratiâ Islebiam delatus Me accedebat, rerens se anteà febri ardente decubuisse, & ostmodum in horrendum istum tumoem (una namque cum ventre & pedes scrotum cum virgâ instar prægrandis caitis intumuerant) incidisse. Ex quibus dicavi febrim male curatam, plusve pos ista durante, quam par erat, ab homine, cto Medici fortè inobediente, fuisse inestum, unde serositates accumulatæ vierùm digestoriorum tonum planè pro-

straverint. Igitur præmisso Prognostic ad præsentes, quædam adhibui aliàs con venientia medicamenta. His verò nihi juvantibus tandem balneator, me dissva dente & discedente, precibus ægri commo tus, vesicatoria cruribus adplicavit, irrit tamen effectu, ulceribusq; exinde subsecu tis vehementer rebellibus Interim cum altius serperet hydrops, octavâ septiman à meô discessu paracenthesin, qua de ante audiverat à balneatore instituendam expe tebat, quam cum imprudens ille tentare pararet, adstantes & propinqui rem potiùs differendam censebant, usque dum ego de nuò vocatus accederem, meumq; de ejus modi ancipiti curationis genere exponerem consilium: Id quod sequentibus quoque declaravi. Mansfeldiæ d. 15. Junii, 1690.

RESPONSUM.

PAracenthesin propositam in hoc subjecto atque sub his circumstantiis prorsus inconvenientem existimo, dissvadeoq; siquidem metuendum, ne unà cum aquis vita simul & spiritus exeant, ejusmodi enim operationes non nisi maturè viribusque adhuc sic satis integris locum inveniunt, taceo, exercitato artifice hic opus esse.

Verum

erum surdo, ut dicitur, narrabatur fabu-
: Scilicet urgebat illam ægrotus, adstan-
s & amici efflagitabant; Ideoque ex bal-
eatore prius quærebam, num & anteà
usmodi aperturam administrasset? Ubi
uidem is annuebat: sed dum modum,
um instrumenta, dum locum perforan-
um ab ipso suscitabar, deprehendebam
um omninò, rudem & inexpertum exi-
ere. Proinde instrumentum, cultellum
delicet ancipitem parare jubeo, locum,
ingendum designo, & præmisso sermone
d Circumstantes, in periculosam & du-
am ad eorum petita seria consensi me-
elam, ægroto commone facto, ut animo
æsenti esse, Deumque sæpius in deplora-
s miracula fecisse, cogitare velit. Post hæc
erborum Celsi memor, *dubiam & pericu-
sam curationem certa desperatione præstare,*
rma præscripta perforare jubeo. Pun-
uram mox sequebatur aqua flavescens,
uam imposita cannula per vices educere
æcipio. Effluente sic aqua, & allevia-
onem ægroto sentiente, penes omnes,
axime ægrum, maxima concipiebatur
ducia, & lætabundi cum lachrymis de-
ædicabant inceptum opus. Ego verò
iscedens, balneatorem admonui, ut dili-
gen-

genter invigilet, atque decumbenti nil v
paucissimum potus indulgeat: Sed cur
esset negligentior, putaretque nihil ampliu
subesse periculi, hydropico pro lubitu po
tum affatim concedebat; hinc nondum
perfectè hepatis & mesenterii, obstruction
deoppilatâ, viscerumque tono haud ade
corroborato, infelix recidiva sequebatur
quæ, utpote sua radice deterior usque a
deò ægrotantem infirmabat, ut tertia à se-
ctione septimana, admodum iterum in
tumefactus obiret.

CONSILIUM XII.

De

DOLORE AVRIUM IMMANI.

HOnesta quædam Matrona 50. annorum, mulier pia & benefica die 15. Junij aurium, præsertim dextræ, intensissimô corripitur dolore, cum febre admodum magna, & quidem post commotionem nimiam Cœlo æstuante factam, dum videlicet in prædium suburbanum exiverat, affligentem. Quem brevi cessaturum sperantes, nil præter vulgaria quædam adhibet: Auctò autem morbo,

me

e tandem acerſunt, Conſilium & Au-
ium expoſcebant, Id quod ſequentibus
bens præſtiti. Islebiæ d. 17. Junii. 1690.

RESPONSUM.

Auſam vehementiſſimi acutiſſimique
hujus doloris proximam in humore
uitoſo ſanguine billoſo permixto quæ-
ndam exiſtimo, & quidem partim ob do-
res exquiſitiſſimos, partim ob febrem
ntinuam atque ruborem faciei conſpi-
um, quæ Symptomata tum demum ſeſe
anifeſtaverunt, quando ab immodicô
ctenus Tabaci per nares uſu, quô ad-
odum delectabatur, pituita copioſa ad
erebrum allecta, idem ad fluxiones reci-
endas mirum quantum diſpoſuit, quam
inde obſtructio inflammatoria circâ
rtem adfectam ſubſequi facilimè potuit,
mulac à nimiô corporis motu atque fer-
re aëris externi commoveretur, cum-
imis ſub conſtitutione hujus Subjecti
nguinea, Recordatus itaque *Aph.* 891.
ac. præſag. Morbum cilicet periculoſum
e & mortem intendere, ſiquidem pro-
er vigoram atque temperiem juvencu-
rum numero adſcribi merebatur, & nul-
anteà aurium ſuppuratio adfuerat. Vi-
ribus

ribus interim apparenter adhuc constanti-
bus, & pulsu æquali & magno existenti
Prognosticum penes me erat dubium. In-
dicationibus autem haud cunctanter satis-
facturus, obstructiones primò solvendas
judicabam, quod sequenti potiunculâ,
cum Clysterem manibus pedibusque, u-
rem maximè detestabilem vulgò habitam,
recusaret, effeci.

No. 1. ℞. ▽ *fl. Acac.* ℥j.
Citr.
rosar. aa. ℥ß.
Cinam. borrag. ʒj.
Pulv. rad. *Jalap. gr.* vij.
Diagryd. gr. iij.
Arcan. dupl. Mynsicht. *gr.* v.
Syr. d. Cich. c. Rh. ℥ij.

M. F. haustus D. S.

Laxier-Tränckleín / wohl gerüttelt in-
nerhalb einer halben Stunde zuneh-
men.

Quâ leniter per diem septies purgata fuit.
Vesperi Emulsionem refrigerantem &
confortantem ordinavi.

No. 2. ℞. *Sem. 4. frigid. maj.* ana ʒß.
papav. alb. ʒj.
F. l. a. c.
▽ *beton. Sambuc. Meliss.*
fl. til. rosar. papav. Rh. *aa.* ℥j.

cord.

cord. frig. H. S. ℥ß.
Emulsio, cui add.
Pulv. Bezoard. Sennert.
Antihect. Poter.
Ocul. ♋. *ppt.* ana ℈j.
Syr papav. alb. q. s. pro grat.

M. D. S.

stärck- und Ruh beförderende Milch/ von welcher öffters/ sonderlich gegen die Nacht/ wohl gerüttelt ein Weinglässlein zu geben.

quenti die purgans ipsamet reiteratum luit; A meridie verò Cucurbitulas lo- Scarificationis applicare jussi, ut & ano-num hocce externum.

.3. ℞. *Medull. pan. Similag. in lact. macerat.* ℥iij.
🜔 *Amyd. dulc.*
pingued. anser. ana *q. s.*

M. D. S.

chmertz-legender Umschlag mit Hänffen-Werck warm auff das Schmertzhaffte Ohr zu legen/ und öffters zu wiederholen.

uibus quidem dolor omnium applausu datus est, & per aurem fluere cœpit ma-

teria

teria quæ magnam ſalutis ſpem præ ſe ferebat: Verum ſextô die morbi (qui Medicis tyrannus audit) Epilepticus quidam inſultus eanden corripiebat, & licet ante-pilepticis aliquantum reficeretur, & loquelam cum omnium admiratione reciperet, revertente tamen Paroxyſmo & catarrhô ſuffocativô accedente, circà 5. matutinam placidè obdormivit, pulſu paulò ante utcunque laudabili. Ubi illud Sennerti *lib. 2. pr. P. 3. c.* 2. verificari deprehendebam, Medicum diligenti circumſpectione animadvertere jubentis tum pulſum tam reſpirationem. *Sæpis ſimèenim*, inquit, *qui bonum pulſum habere videatur ſubitò moriuntur & ſuffocantur; & contra qui pulſum pravum habent, auxiliô aliquô adhibitô, aut flatu aut ſeroſo, humore diſcuſſo ſubitò reſtituuntur.*

CONSILIUM XIII.

De

ULCERE VESICÆ ORIFICII.

PErſona Nobilis Viri Generoſi haud procul ab urbe degentis Conjux 46. annorum, conſtitutionis antehac qui-

dem

em ſucci plenæ , nunc verò admodum
orboſæ bilioſæque , continuis excru-
ata capitis doloribus , dentium modò,
odô oculorum , modò pedis dextri,
ephritide præterea & variis uteri affecti-
us , utpote menſium ſuppreſſione &
olâ â longô tempore laborans , per ali-
uot annos multum perpeſſa eſt ; hæc nu-
errimè & me advocari curabat , cum ſe
avidam putaret & deliquia animi cre-
errima , ſanguisque ex utero confer-
m manans abortum minarentur , inſe-
uente verò mox maſſâ carneâ cum venu-
ſanguini grumoſo involutæ , unde cer-
ſſimè conſtabat , quod hactenus geſta-
m fuerit, non partum verum, ſed molam
rneam , ſanguinemque grumoſum,
ermanicè ein Blut-Schütz / fuiſſe. Da-
igitur actutum hauſtu ex aquis Cordiali-
us , pulvere Bezoardico, Margaritis &
oralliis præparatis compoſito, ſacculis-
ue ſale toſto , milio & furfuribus reple-
s externè adhibitis , dolor & indè de-
endentia animi deliquia remittebant ,
erusque â maſſa illa carnea , ulterius,
andè tamen repurgabatur. Viribus
ululum recollectis , aquam vitæ mulie-
um cum aqua Cinamomi , borrag, & Pu-

F legii

legii ordinavi, balneumque ex herbis ut
rinis conficiendum jussi, quibus initio r
mittere videbatur affectus: Verum po
quam urina cum sedimento farinaceo v
dè foetere inciperet, ipsa perterrita, qu
mali subesset ex me sciscitabatur, ulteri
remque opem expetebat, quam juxtà no
mam sequentem tit. instituere placuit. I
lebiæ d. 28. Junii. 1690.

RESPONSUM.

HAud levis suspicio est, adesse impra
sentiarum ulcus vesicæ atque uteri
id quod præter recensita ulterius dolor
intensissimi circà pectinem cum regurg
tatione ad pectus sine intermissione excr
ciantes, alvique excrementa foetida & v
ridia confirmant. Ex quo malum hoc p
riculosissimum videtur, cum Hippocra
Aph. 43. *Coac. præsag.* asserat: *Quib*
prodeunte egestione biliosâ ad pectus morsu
& amaritudo sentitur, malum. Ideoqu
in statu tam ancipiti tentandum est, quan
tum adhuc medicamenta abstergentia
consolidantia, anodyna & confortantia v
leant. Cui scopo sequentia inservire p
terunt.

No. 1

No. 1. ℞. *Rad. Alth. sarsaparil.* ana ℥ß.
Cichor. hort. polypod. ana ʒiij.
Herb. agrimon. scab. ana mp. j.
Fl. hyperic. papav. Rh. ana mp. ß.
Cicer. rubr. ℥ß.
Bacc. Alkekeng. ʒiij.
Sem. 4. frigid. maj. ana. ʒß.
Viol. ʒiß.
passul. min. ℥iß. *Incis. & contus. coqu.*
s. q. ▽ *font. Colat.* ℞. ℔. iß. *D. S.*
Stündlich ein Wein-Glaß warm zu
[n]ehmen.

No. 2. ℞. R. *nephrit. Amelung.* ʒij.
Castor. s. ⊳⊲ *volat.* ʒß.
Anodyn. Langelot. ℈ß.

M. D: S.
Urin-befördernde Tropffen / von wel-
[ch]en alle 3. Stunden 35. mit dem vori-
[ge]n Decocto zu nehmen.

No. 3. ℞. *Therebinth. Venet.* ℥ß.
Lact. vacc. recent. ℔j.
Sachar. Thom. ʒij.
Vitell. ov. No. 1. *M. F. Enema. D. c.*
[Inte]strum. & Vesic. D. S. Abstergierend
[C]lystier warm zu appliciren / Morgens /
[od]er Nachmittag 4. Uhr.

No. 4. ℞. M. *Pil.* ☉*ar. Wildegans.* ℈ß.

Ex qua formentur Pilulæ N. X. D.
Schmertz-linderende Pillen alle Aben
2. mit ein wenig kalten Bier/ oder
bey erheischender Noth-alle 7. Stun
den so viel zu nehmen.

No, 5. ℞. *Unguent. ex acet. lithargyr.* ℥ß.
Mucilag. Sem. Cydon. ʒij.
Camph. ʒß.

M. D. S. kühlend- und Schmertz-lin
dernd Sälblein / mit welchem die Nie
ren und der schmertzhaffte Ort öffters zu
bestreichen.

Quibus postquam paululum vires denuò acquisivisse videbatur, ulteriorem medicamentorum continuationem abhorrere cœpit, putans nihil amplius subesse periculi. Verum cum malum recrudesceret & in viciniâ rusticus quidam medicaster cum adplausu vulgi praxin exerceret, illum animo novitatis avido accersi curabat, eò magis, quod intrà 14. dies sanitatem ex asse restituendam ægrotæ promitteret, morbo levi ipsam laborare asseverans, Icterô scilicet nigrô in ventriculo (die schwartze Gelbsucht in dem Magen.) Quo monstro Medico cum nihil juvaminis persentisceret, meum iterum Con-

silium

ium repetiit, ſed fruſtrà. Siquidem me-
odicam curationem recuſans, injectio-
es ſcilicet in veſicam, doloribus tandem
onfecta exſpiravit.

CONSILIVM XIV.

De

GVTTA SERENA

Uvenis 25. annorum, Metallicus Isle-
bienſis, conſtitutionis Melancholicæ,
conqueritur de inſigni viſûs diminutio-
, oculorumque caligine, qui tamen
æſi omnino & ſani apparebant, pupillæ
ræ, niſi quod admodum anguſta eſſent,
acus capitulum vix magnitudine ſupe-
ent. A quo rogatus ut Conſilio atque
uxilio maturè ipſi proſpicerem, cauſis
jus debilitatis probè examinatis, ſe-
entia præſcripſi. Islebiæ d. 30. Junii,
90.

RESPONSUM.

Amavorſin ſive guttam ſerenam inci-
pientem hic latitare certum eſt,
am ab obſtructione nervi optici, ejus-
e anguſtatione ab humoribus viſcoſis

facta derivandam puto. Atque hui
ætiologiæ velificatur dolor, quem ante
passus est, valdè exquisitus, juxtà radice
oculorum, & in fronte propè supercilia
Scilicet humores isti ad nervos opticos de
cumbentes, compressione, & forte, o
acrimoniam, simul factâ corrosione ne
vis prædictis vim intulerunt, qui ex con
nato robore hosti irruenti resistentes, i
motum convulsivum acti, ejusmodi do
lorem excitaverunt; donec his devicti
& fermè obstructis, ea de quâ nunc serm
est, visus imminutio invaluit. Curatio
nem igitur tit. minus methodicam & accu
ratam instituere mihi haud integrum erat
cum hoc Subjectum continuò exerceretu
laboribus metallicis, & aërem subterra
neum minus salubrem quotidiè haurir
cogeretur: Interim tamen ipsi dedi &
quidem iteratis vicibus aquam benedictan
Rulandi, sic præeunte & docente Capi
vaccio ex Paulo Ægineta, ut materia an
gustans commoveretur, quia simulac e
fixam sedem adepta est, visus restitutio
frustrà tentatur. Deinde venam Cepha
licam secari jussi, quam sequentium Pilu
larum Cephalicarum usus subsequeba
tur.

No. 1

No. 1. ℞. *Pil. d. succin. Crat.* ʒß.
Resin. Jalap. gr. XV.
Extract. L. Aloës.
☿. ana. ℈j.
M. F. c. liqv. 🜄 *sol.* ♀*ri.*
Pilul. ex ℈j. *N. XV. asperg. pulv. liquirit. D. S.*

bführende Haupt-Pillen alle Abend bey Schlaffzeit 15. zu nehmen / und damit 8. Tage anzuhalten.

ostea vena frontis secabatur, & quidem a, ut ante incisionem fascia collo cirumdaretur & constringeretur, usque ad onspicuam admodum venæ prædictæ elevationem, qua apparente fascia subitò rurus relaxatur, idque iterum atque iterum, uo magis per ejusmodi motum reciprocum humores obturantes concutiantur ttenuenturque. Porro talem trageam phthalmicam ordinavi.

No. 2. ℞. *Mastich. Elect.* ʒß.
Fol. Euphras. rut. ana mp. ij.
Sachar. albiss. ʒiij.
M. F. Pulvis. D. S.

Allezeit bey Tisch 2. starcke Messerspitzen trocken / oder mit einem gerösteten und

und in Wein geweichten Seinm[illegible] Schnitt zu nehmen.

Loco potus ordinarii commendavi dec[illegible] ctum lignorum dilutius cum multo foen[illegible] culo paratum; Externè verò sequen[illegible] utebatur Collyrio.

No. 3. ℞. ▽. *rosar.* ℔ß.
chelidon. maj. ℥iij.
Tut. ppt. ʒij.
Caryophyl. contus. No. X.
Nuc. Mosch.
Zinzib. ana. gr. v
Camph. gr. iij.
bulliant leniter: in colat. dissolv.
⊖*l. alb. gr.* iij.
M. *filtr. D. S.*

Zertheilend Augen-Wasser / von welchem des Tages 3 mahl etliche Tropffen in die Augen fallen zu lassen / auch solche damit auszuwaschen / worauff man aber wenigstens ein viertel Stunde sich des Lichtes enthalten muß.

Tandem præscripsi sternutatorium ex pulvere viridi transmisso, & masticatorium ex granis Paradisi, Cubeb. Cardamom. foen.

en. anis. Mac. Nuc. Mosch. &c. Quibus
dulò usurpatis & continuatis, res eò re-
it, ut visu optimè recuperato, solus, cum
teà ab aliis duceretur, ambulare, Deo sit
aus, potuerit.

CONSILIUM XV.

De

VISUS DEPRAVATIONE.

COnqueritur jam per quinquennium Vir Nobilissimus Rei Metallicæ in omitatu Mansfeldensi Administrator, mperamenti quadantenus Melancholici etera optimè sanus, de Symptomate ulorum, quod modo sequenti cœpisse, adhuc persistere, retulit. Nempe licet tionibus omnibus animalibus ab ineun- ætate integris & salvis, singulari visus umine cumprimis, conformatione & uctura oculorum eleganti præditus fue- : Attamen post Studia intensiora, iti- ra varia & periculosa, commissiones & pediriones ab Illustrissimis Viris deman- tas, ante biennium se depravationem andam singularem visus deprehendisse,

 pro-

propter impedimentum aliquot ſtabile f
tis ac fixum, quod ſibi inter objecta omn
oculosque, domi æque ac foris, manè
ſerò, ante & poſt cibum, eodem ſemp
modo obſervari imaginabatur. Cujus m
li cognitionem & curationem, quemad
modum deſiderabat, conſilio ſequen
delineatam ipſi communicavi.

Islebiæ d. 1. *Julii*, 1690.

RESPONSUM.

QUò nobilior eſt ipſa videndi actio,
comparetur cum reliquis omnibus i
corpore humano, & maximè admiranda
ſi ſpectus mirabilem oculi ſtructuram, tan
in partibus continentibus, quam conten
tis obſervabilem: Eò difficilior morbo
rum & Symptomatum, Nobile hoc Orga
non affligentium meritò judicatur cogni
tio & curatio: Quippe hîc ſæpè hæremu
in cauſarum legitimarum inprimis interna
rum inveſtigatione, quæ à ſenſibus remo
tiores, ſæpenumero non niſi conjecturi
diſcerni poſſunt, quemadmodum in præ
ſenti caſu quoque videmus. Videlice
meritò quæritur, quænam ſit hujus depra
vatæ actionis cauſa? cum nihil omninò
vitii in ipſa oculorum ſtructurâ externâ ap
pareat, humoribus nempe & tunicis opti
me

nè constitutis; Unde necessariò consequi
idetur, culpam vel in Spiritus visivos, vel
psos nervos opticos rejiciendam esse. Sed
uod Spiritus attinet, ab iisdem solùm hoc
nalum derivari non poterit, quia illud ob-
aculũ pro abundantiâ & defectu, puritate
impuritate non mutatur, sed constans &
nvariabile inter objectum & oculum ipsum
pparenter permanet. Porrò intricatæ
uæstionis res est, quæ inter modernos
racticos in utramque partem ventilatur,
n scilicet talis depravatio visus, qualis hic
escribitur, Spirituum visivorum crassitiei
obscuritati, an vero humoribus tribus
culum constituentibus, imputanda sit:
Jbi sanior illorum sententia habetur, qui
tatuunt, læsiones visus, maximè in Juveni-
us & vigore ætatis constitutis, poti' in hu-
norum diversimodè affectorum constitu-
ionem p. n. reponendus esse. Etsi enim
ropter vaporum admistionem spiritus vi-
ivi impuri & obscuri reddi possint, ideoque
Phantasmata & idola varia, muscæ culices,
ilamenta lanarum, telæ aranearum, cate-
ulæ vel nubeclæ oculis obversentur: Atta-
nen cum in præsenti casu illud interveni-
ens stabile sit & perpetuum, in hanc ferme
ormam, dextri oculi)(; sinistri ⁂
Quæ

Quæ interdum conglomeratur in hu[...] modum; Non in ſpirituum impuritate[...] primariò & proximè, ſed in pituitoſum [...] mucilaginoſum, tenue tamen & ſubtile, [...] quod ex reflexione ſpirituum ſplendore[...] quendam & irradiationem admittat excre[...]mentum, quod per nervos opticos in baſi[...] cerebri, humori aqueo communicatum eſt [...] cauſam hujus depravationis propriam re[...]jicimus. Quod ad cauſas externas, earum [...] ſuperiùs facta eſt mentio, ſcilicet pere[...]grinationes difficiliores, inordinata victu[...] tam quantitate quam qualitate vitioſi ratio[...] lucubrationes & Studia nimia, crudita[...]tes, humorumque craſſiorum in toto [...] corpore, capite præcipuè collectio & ad [...] oculos defluxus, primas hic tenent. Unde [...] Prognoſticum facilimè colligitur, affectum [...] hunc non eſſe negligendum, utpote ad [...] ſuffuſionem ſenſim ſenſimq; tendentem, [...] quam verò præſervare, quàm curare præ-ſtat, quod quidem hoc tempore commo-diſſimè fieri poterit medicamentis evacu-antibus & alterantibus methodicè uſurpa-tis. Ratione univerſalis evacuationis, tùm quoad purgantia, tùm quoad V. S. utiliſſi-mum erit, ſi Nobiliſſimus Vir præſcriptas ſub litera A. ſpecies vini generoſi Rhe-

nani

ani mensuris duabus immergat, & ad
præparandum humorem, post offulam
umtam manè intrà octiduum ebibat.
ctiduô dictô, & primâ Lunæ quadrâ e-
psis, horâ 5. matutinâ sumatur haustulus
terâ B. præscriptus, vel si placet Extracta
idem præscripta, redigantur in Pilulas
um prodio pisorum deglutiendas. Qui-
us præmissis de V. S. cogitandum, quæ
rtiô â purgatione die in dextro brachio,
arca tamen & non ultra ℥v, administre-
ur, & scarificatio fortior & profunda sa-
s, singulis mensibus triduo post plenilu-
ium diligenter observetur. Tum de-
ium particularis curatio succedet, si intrà
ctiduum Pilularum Capitalium sub lit.
. septem vel novem ante prandium su-
nantur, & lixiviô ex sarmentis vitium, si
opia datur, vel salicum, Vini & aquæ
artibus æqualibus parato, quôcum plan-
æ lit. D. notatæ decoquantur, Caput sin-
ulis mensibus circà novilunium, brevi
nte somnum lavetur, & linteamine fumo
uffimigii lit. E. imbuto optimè detergatur.
opica externa quod attinet, etsi eorun-
em actio in partes internas oculorum a-
ud multos in dubium vocetur, experien-
ia tamen testatur, non sine fructu eadem
fuisse

fuisse adhibita, ex quorum farragine se-
quens aqua lit. F. oculis instillata, cum in-
signi effectu, usurpabitur. Nec inconve-
niens erit, si vir Nobilissimus de Electua-
rio lit. G. manè & vesperi quantitatem ad
instar Castaneæ sumat. Sacculi ex herbis
convenientibus formentur, qui cum aqua
& Vinô cocti sæpius de die calidè appli-
centur, pro discutienda, attenuanda & ab-
sumenda materia. Præscriptorum usu
adsit benidictione sua cœlitus Jehova.

Series formularum communicatarum.

Lit. A. ℞. *Herb. Beton. mp.* j.
Euphrag. mp. ß.
Fl. Anth. Pœon. ana P. j.
Fl. Calendul. Thym. ana P. j.
Epithym.
Stœchad. Arab. ana ʒij.
Nuc. Mosch. No. j.
Crem. Qr. ʒiß. *Incis. & contus. D. in sac-*
culô ex Synd. rubr. S. Species ʒu 2.
Maaß Wein.

Lit. B. ℞. *Extract. Panchymagog.* ℈j.
Diacartham. ℈ij.
▽. *beton.* ℥j. *Rosar.* ʒij. *Cinam. borrag.* ʒj.
Sachar. Canth. alb. ʒiß.
M. F. haustus. D. S.
Purgier-Tränckelein/ auff einmahl.

Lit.

Lit. C. ℞. *M. Pil. Luc. major.*
minor. ana ℈j.
Extract. Diacartham. ℈ß.

M. F. c. liqv. ♀ fol. ♀ri. Pilulæ minores.
D. S. Abführende Haupt-Pillen.

Lit. D. ℞. *Herb. Euphras. Major.* ana *mp.* ij.
Fol. Laur. *Melilot.*
Summitat. Ror. marin. ana *mp.* j.
Rad. *Asar. Valerian.* ana ℥j.
Sars. paril.
Sem. fœnic. anis. ana ℥ß.

Incis. & gr. modo contus. D. ad chartam.
S. Species zur Haupt-Lauge mit halb Wasser und Wein zu kochen.

Lit. E. ℞. *Benzoes. Mastich. Thymiam.* ana ℥j.
Succin. alb. Styrac. calamit.
Fl. rosar. rubr. ana. ℥ß.
Incis. gr. modô M. D. S. Raucher-Pulver.

Lit. F. ℞. *Herb. Euphras. fœnic. rut. Chelidon. maj.*
Verben. ana *mp.* j.
Fl. Anth. mp. ß.
Sem. Anis. fœnic. Carvi, Siler. Mont.
ana ℥ß.
Rad. Calam. arom.
Myrrh. aloës. Thur. Mac. ana ʒiß.
▽ *fra-*

▽ fragor. Leucoj. fœnic.
Vin. Malvatic. ana. ℔. ij.

Incis. Incidend. macerentur per Octidu-um & posteà ♌tur. D. S. Augen-Was-ser.

Lit. G. ℞. *Sem. fœnic. Anis. Siler. Mont.* ana ʒi.
Piper. Zinzib. Cinam.
Rad. Chelidon. Irid. fl. ana ʒj.
Fol. Hysop. Puleg. ana *mp.* ß.
Fl. Anth. Tanic. ana P. j.
Mosch. Ambr. grys. ana *gr.* iv.

M. F. c. Syr. d. Cinam. q. s. Electuarium. D. S. Kräfftige Haupt-Lattwerge.

CONSILIVM XVI.

De

OPHTHALMIA SICCA CVM PVERYGITO.

PUella 14. annorum, temperamenti sanguinei, laborat gravi inflammatione utriusque oculi, cum tumore palpebrarum, atque bulbi ipsius rubore insigni, doloreque acutissimo, unde simul obscurato apparebat pupilla, præsente nubecula satis conspicua, Quæ cum visus imminutio-nem

m non contemnendam minaretur, imò lorum sævitia, medicam opem quam aximè exposceret, Pater ejusdem Me in onsilium adhibebat, enixè rogitans, ut fim ab hôc liberarem malo. Quo fine quenti methodo, causas inflammationis hoc Subjecto respiciente, curationem oriri placuit.

Islebiæ d. 3. *Junii* 1690.

RESPONSVM.

DUbio procul hic affectus præsupponit sanguinem qualitate & motu pecatem: Illud ex dolore oculorum capique: Hoc ex tumore inflammatorio ncluditur. Etenim si contingat sanguin per Rhevmatismum derivari ad ocu, ibidemque stagnando accumulari, fit, rteriolæ nimium expansæ, unà cum tibus quas transeunt, mollioribus, tumo inflammatorium concipiant, qui hac one optimè ab abundantia sanguinis ticulari, motu inordinato procurata, venisse dicitur. Dum vero simul M. articulis seroris salsis abundat, dolores ti percipiuntur necesse est, quatenus sa-

lia meningibus nervisque opticis impact[a] molestas arrosiones moliuntur. Causa[m] antecedentem statuo plethoram totius co[r]poris, cum aliquali Cacochymiâ serosa l[i]xiviosa, ut & angustiam venarum, per qu[as] menstrua fluere debent, respectivè majo[rem], quæ impedit, quo minus sanguis cra[s]sior penetrare queat, quin potius regurg[i]tando ad oculos confluat. Sic etiam i[n] hoc Subjecto ipsa conformatio oculoru[m] nativa multum ad ejusmodi malum con[fert], quando puella oculis grandioribu[s] & extra prominentibus prædita est, qui ve[rò] calidioris & humidioris sunt constitu[tionis], venasque ampliores habent, ideo[que] apti ad sanguinem affluentem facil[e] suscipiendum. Quare primum purgan[s] appropriatum, deinde collyrium præ[scripsi], quibus diligenter usurpatis, me[lius] quoque se habere cœpit: Verum im[maturo] medicamentorum neglectu, cum forte ab aëre externo, ventoso, pluvios[o] & frigido offenderetur, recidivam pass[a] est, quâ factâ, collyrium datum diligente[r] rursus adhibent parentes, sed intempesti[vè], videlicet revulsione per alvum negle[cta], unde sequebatur pupillæ quasi corru[gatio], partium contractio, & humorum

con-

ondenſatio, adeò ut quaſi pterygion nunc
culo ſit obductum, viſum omninò inter-
piens. Igitur ſvaſi, ut â Collyrii uſu
ac vice abſtinerent, oculos verò lacte mu-
ebri recens mulctô lavarent, hâc cautelâ,
, ſi oculis de lacte quid inſtillaverint, id
utius eis inhæreat, ſed aquâ fœniculi
rſus eluatur. Veſicatoria poſt aures
plicare juſſi, præmiſſis tamen univerſa-
us, præſertim vomitoriô, quod hoc in
fectu ſæpius proficuum expertus ſum:
onti & temporibus Cataplaſmata de al-
umine ovi adhibenda, & tandem inflam-
atione ſedata, ſanguineque derivato,
ollyrium oculis denuo inſtillandum dixi,
ibus omnibus adhibitis, priſtino optimo-
ue oculorum vigori, Deo ſit Laus, re-
tuta eſt.

eries Medicamentorum Ordinatorum.

No. 1. ℞. *Extract. Rhabarb.*
Reſin. Jalap. ana *gr.* v.
♁. *diaphor. indulc.* ℈ß.
M. F. c. R. ♁. ♀*riſ. q. ſ. Pilulæ No. XV.*
aſperg. pulv. Glyzyrrhiz. D. S.

urgier-Pillen auf 1. mahl früh Mor-
gens zu nehmen.

No. 2. ℞. *Sachar. Canth. alb.* ℥ß.

teratur in vase stanneo usque ad livorem
c. Cochleari vel pistillo lapideo, trit
adde.

Tut. pt. ℈ß.
Ol. alb. gr. iij.
▽. *plautag. rosar.* ana. ℥j.
Euphras. foenic. Chelid. maj. ana. ℥ß

M. D. S.

Augenwasser/von welchem öffters wohl gerüttelt etliche Tropffen in die Augen fallen zu lassen/ und mit Tüchlein über zu schlagen.

Præterea Cataplasma ex foeniculo cum mica panis similaginei in lacte coctis, sæpius calidè oculis imponebatur.

CONSILIUM XVII.

De

ALVI PROFLUVIO OCTENNALI EX ULCEROSA DISPOSITIONE INTESTINORUM.

Officialis bellicus Brandenburgicus, Vir 40. annorum, temperamenti Cholerici in ejusmodi intemperiem transmutati,

utati, conqueritur de molestissimo
ctennali alvi profluvio, appetitu ali-
uantum dejecto; omnium membrorum
nguore, eorumque marcore & tabe.
Qui cum per octennium non modo varios
ledicinæ peritos, sed etiam tonsores,
mpiricos, carnifices, & sagas in Consi-
um adhibuisset, tandem meum quoque
uxilium imploravit, familiaritate, quæ
si cum Venerando Avo meo intercede-
it, occasionem subministrante. Cui
etito licet ægrè assurgerem, utpote to-
us corporis oeconomia insigniter debili-
ta, & ferè destructa, precibus tamen
sius victus, tali ratione curam inchoa-
. Islebiæ d. 5. Julii 1690.

RESPONSUM.

Agmen curationis ducat vomitorium nostrum Polychrestum lit. A. præ-
riptum, non tam evacuationis, quam
vulsionis gratia; Succedant pulve-
s confortantes & adstringentes spe-
fici aquis adpropriatis sumendi lit.
; Porro ventriculo succurratur pul-
re peptico nostro lit C.; ut & He-
tis regioni Cataplasma alterans lit.
 D. atque

D. atque hypogastrio Emplastrum & sac-culi cum Vini & aceti partibus æqualibu[s] cocti lit. E. F. applicentur; denique pro potu ordinario decoctum lit. G. inser-viat.

Medicamenta sunt sequentia.

Lit. A. ℞. ▽. *benedict. Ruland.* ℥ß.
fœnic. ℥iß.
D. S. Brech-Wasser auff 1. mahl.

Lit. B. ℞. *Ebor. ust. ppt.*
Trochisc. d. Carab.
▽. *sigillat.*
Lact. 🜍*r.*
Lap. hæmatit. pt. ana ℈j.
Oliban. Mastich. El. ana ℈ß.
Corall. rubr. ppt. gr. XV.
Sacchar. Canar. ℥ij.
M. F. Pulvis. D. S.

Stärck- und anhaltend Pulver / von welchen alle 5. Stunden mit ein wenig Brühe von Gersten Graupen 2. gute Messerspitzen zu nehmen.

Lit. C. ℞. *Gran. Mastich. El.*
Croc. ♂*t. solub. Saccharin. VVillis.*
ana ℥j.
Soccolat. Seviliens. ℥j.

Cubeb.

Cubeb. ʒj.
Cariophyl. ℈ij.
Mac. ℈j.
Sachar. finiss. ℥ß.
M. F. *Pulvis subtilissimus. D. S.*

Anhaltend- und stärckend Magen-Pulver / von welchem jedesmahl eine Stunde vor der Mahlzeit mit ein wenig geröstetem und in guten Wein geweichtem Brod zu nehmen.

Lit. D. ℞. *Pulv. fl. rosar. rubr.*
Santal. rubr. ana ℥ß.
Spic. nostrat. ʒj.
Farin. hord, ℥ij.
M. F. c. Acet. & Vin. ana *p. aqv. Cataplasma. D. S.*

Oeffters laulicht über die rechte Seite zu legen.

Lit. E. ℞. Tacamahac. *Ladan. Styrac. Calamit.*
Massich. El. ana ʒij.
pulverisat. solv. igne leniss. in Thereb. *clar.* ℥ij. *add.*
Pulv. Cariophyl. Mac. Nuc. Mosch. Cyper. rotund. ana ʒß.
Cer. q. s.
M. F. l. a. Emplastrum. D. S.

Anhaltend Pflaster auff den Unter-Leib zu legen.

Lit. F. ℞. *Herb. Absinth. Menth.*
fl. rosar. rubr. ana mp. j.
Rad. Calam. Arom. zedoar. Galang
ana ʒij.
Aristol. rotund. ʒß.

Incis. M. & includ. 2. sacculis ex linteo & c. Vin. & acet. p. æqv. coct. alternatim calidè applicentur, horis vero intercalaribus gestetur Emplastrum anteà præscriptum.

Lit. G. ℞. *Rad. Chin.* ℥ij.
Tormentil. Cichor. ana ℥j.
Concis. affund. ▽. *commun.*

Mens. VI. stent per 24. horas in digestione, posteà coqv. ad tertiam part. sub finem add.

Passul. minor. ℥iij.
Cort. VVinteran.
Cinam. El. ana ℥ß.
Sem. fœnic. Anis, ana ʒij.

Iterum ebulliant. colat. D. S. An statt des ordentlichen Trancks zu gebrauchen.

Præterea Essentia plantaginis nostra, secundum hanc parata descriptionem, interdum præcedentibus Medicamentis vel combinetur, vel interponatur, tanquam insigne Travma-

ravmaticum atque refrigerans in affecti-
us biliosis maximè proficuum:

℞. *Herb. plantag. recent. c. tot. mp. XL.*

Minutissimè incis. mortar. lapid. contund. & exprim. succ. clarific. album. ov. post trajiciat. per manic. Hippocr. Deindè per lentam evaporationem redigatur ad consistentiam Mellis, atque servetur.

D. S.

ḥeilende Essentz / von welcher 2. Quintlein / entweder Morgens mit ein wenig warmer ungesaltzener Brüh / oder Nachmittags 4. Uhr c. ▽. plantaginis zu nehmen / und damit anzuhalten.

que his Medicamentis aliquantum levaminis percepit, ideòque abiturus Beroliium petebat, ut delineationem quandam orbi hujus ipsi communicarem, quo non ntum ipse, sed & alii cujusnam speciei set cognoscerent, quod etiam sequenm in modum feci. Licet hactenus nonulli medentium voluerunt affectum præntem esse dysentericum, alii hæmorrhoalem, alii fluxum hepaticum: Ego tanen, sequentibus rationibus commotus,

iis assentiri nequeo, quia (1.) fluxus hepatici excrementa sunt instar loturæ carnium recentium, majorem habent appetitum dejectum, illô laborantes, & inprimis summam à carne nauseam; Hujus Subjecti autem excrementa aliquando parùm à sanorum excrementis differunt, sæpiùs purulenta cum sanguine nigricante aut florido mista excernuntur, comedit præterea & bibit, carnemque præ reliquis cibis omnibus adpetit. Neque (2) fluxum hæmorrhoidalem hic subesse, inde palàm fit, quod sanguis non secedat absque excrementis, nullumque aliud proprium hæmorrhoidum in ano signum appareat. Quarè arbitror dispositionem quandam tenuium intestinorum, imò ipsius mesenterii ulcerosam hujus profluvii causam fovere, id quod partim excrementa, partim tormina circà umbilicum indicare videntur, quæ utique in causa est, quare nutritio, ventriculo uticunque optimè appetente, malè succedat, propter Chymum nempe materiâ purulentâ infectum, qualis ad nutritionis opus omninò inhabilis existit. Ex quibus sponte sua tale Prognosticum fluit, ingravescentibus scilicet hisce, tandem lentâ, sed certissimâ morte Subjectum hoc periturum.

CON-

CONSILIVM XVIII.

De

NEPHRITIDE SPURIA CUM SVFFOCATIONE HYSTERICA.

FOEmina quædam, vidua honesta 46. annorum, Scorbutica, vitam solitariam œstamque agens, unde consueta purga- menstrua citiùs justô subsistebat, acer- ssimis interdiu conflictatur doloribus rsi & Abdominis Colicam convulsivam ducentibus, urina rubra & crassa adin- ir sanguinis apparet, citrà tamen notabi- m arenularum subsidentiam, cum potiùs bulum rutilans latera vitri copiosissimè sidere & fermè incrustare deprehendi- r. Cui in principiô ab aliis commenda- ntur nephritica calidiora acrioraque, rte ob præsumtionem calculi formati in nibus hærentis: Sed ab his miserè ex- uciata in convulsiones hystericas & suf- cationes, ad quas jam anteà valde pro- ivis erat, tantum non continuas præcipi- batur, adeò ut adstantes perteriti sym- omatum vehementiâ, mortem instare tantes, meum implorare auxilium coge- rentur.

rentur. Advocatus Paroxyſmô doloribu tenſivis miſerè affectam deprehendi, it tamen ut ſub cruciatu diriſſimo ſic ſati adhuc ſibi conſtaret: Ideoque ſequen methodo curationem exordiebar.

Ilebiæ d. 9. Julii, 1690.

RESPONSUM.

Hanc perſonam minimè nephritide ve ra laborare, ſymptomata recenſita & infelix inſtitutæ curationis eventus te ſtantur, quin potiùs cacochymia totius corporis ſcorbutica cum ipſius uteri pravâ diſpoſitione, à ſanguine acido-viſcido ſub-orta cauſam fovere videtur, hinc antiſpa-ſmodicis, & Tartarum reſolutum partibus membranoſis nervoſisque infixum, con-tractionesque ſpaſmodicas producentem blandè educentibus, reliquias verò inci-dentibus temperantibusque, res omnis tractanda erit, & quidem habito reſpectu ſimul ad Paroxyſmum præſentem & ab-ſentem. Igitur ad Paroxyſmum profligan-dum talia ordinabantur.

No. 1. ℞. ▽. *Puleg. Cinam. borrag.* ana ℥ß.
Eſſent. Caſtor. Liqu. C.C. ſuccinat. ana *gt.* xv.
℞. *Anodyn. Langelot.* ℈ß.
M. D. S.

M. D. S.

In währendem Paroxysmo auff einmal zu geben.

[.]t verò hoc Medicamentum feliciùs pro[.]inari possit, sternutatorio ægrota, nari[.]s insufflato, excitetur, & hypochondria [.]sciis ligentur & constringantur, in extre[.]itatibus etiam frictiones, necessitate ur[.]nte, aceto & sale instituantur, simul im[.]onendo regioni umbilicali hoc Empla[.]um:

[.]. 2. ℞. *Vitell. ovor. No. VI. agitentur fortiter & commisc.*
Pulv. Cumin. Anis foenic. ana ℥j.
Express. laur. q. s. ad consistent.
M. F. ad ignem placenta mollis. D. S.

[.]chmertz-legend Pflaster auf den Unter-Leib.

[.]. 3. ℞. *Sem. Milii. Cumin. Carei. foenic. Anis.* ana *q. s. ad sacculos 2. formandos.*
Contus. consperg. ▽ *. vit. mulier.* D. S.

[.]ecies in 2. Säcklein [.]u thun/ von welchen stätig eins ums ander wohl warm über das Pflaster zu legen/ oder auch bloß zu appliciren.

[.]uibus Paroxysmus leniebatur. Itaque ad [.]dum fomitem morbificum extinguen[.]um porro medicamentis utebatur.

No. 4.

No. 4. ℞. *Rad. Cichor. hort.* ℥ß.
Glyzyrrhiz. petrosel. ana. ʒij.
Rhabarb. El. ʒj.
Herb. Meliss.
Fl. Chamom. Rom. ana *mp.* ß.
Fol. s. s. s. ℥jß.
Agaric. trochscat. ʒß.
Sem. fœnic. ʒj.
C. cer. rubr. ℥v.
Mac. Cinam. ana ℈ij.

Incis. & contus. includ. nodul. ex lint. rar. D. S.

Abführende und Mutter-reinigende Species zu einem Maaß gelinden Wein/ von welchem alle Morgen eins biß 2. Weingläser / nachdem sich die Operation erzeiget / laulecht zu nehmen.

No. 5. ℞. *Rad. Asar. c. tot. Valerian. c. tot.*
Herb. Chamom. Rom. c. tot.
Meliss. Beton. Puleg. Artemis. rubr. ana *mp.* vj.
Bacc. Laur. Juniper. ana *mp.* ij.

Incis. M. D. S.

Species zum Bade / welches alle Mittage 4. Uhr 14. Tage lang / benebenst vorigem Laxier-Tranck zu gebrauchen.

No. 6.

No. 6. ℞. Roob. Sambuc. ℨij.
Mithridat. ℈ß.
M. D. S.
Schweiß-beförderend Electuarium, mit etwas Wein/in welchem Cardubenedicten-Kraut geweichet worden/ allezeit vor dem Bade zu nehmen.

No. 7. ℞. R. L. nephrit. c. 🜔l. ♀r. parat. ℥iij,
Bacc. Sambuc. ℥ij.
▽. Charefol. fragor. ana ℥iß.
Cinam. borrag. ℥ß.
∽ 🜔l dulc. gt. xv.
M. D. S.
Mixtur, von welcher alle Abend bey Schlafzeit 1. biß 2. Löffel zu nehmen.

Atque hactenus sic satis benè cum hac ægrota se res habebat, reiteratis scilicet per unam alteramve septimanam Medicamentis superioribus. Posthæc præservationem ...andam à malo perpesso meditabatur, cogitans, ut nonnulla hic scopo convenientia Medicamenta præscriberem; Unde primaria cura erat, quo fluxus menstruus iterum ipsi restitueretur, vel ad minimum sordes uterinæ eluerentur quotidiè, videlicet per Medicamenta incidentia & hysterica specifica Cacochymiæ acido-viscidæ corrigendæ idonea. Igitur

No. 8.

No. 8. ℞. *Aloës. Socotr.* ℥iii.
Myrrh. El. ℈j.
Extract. Calam. arom. Card. benea
ana ℈ß.
Croc. gr. iij.
Rad. Gent. Aristol. long. Di-
ptamn. ana *gr.* v.
Rob. Bacc. Iuniper. ℥ß.
Rad. Angel. pl. q. s. ad consistent. Pil.
M. F. Pilulae ex ℈i. *No. IX. D. S.*

Sonderbare Stein- und Mutter-Pillulen / von welchen alle Morgen 7. mit Poley oder Beyfuß-Wasser zu nehmen.

No. 9. ℞. ♈. ♂tis *temperat. VVedel.* ℥ß.
Liqv. ♁. *fol.* ♃r. *Elx. propr. s. acid.*
ana ℥j.
M. D. S.

Morgens mit Thee-Wasser / und Nachmittags 4. Uhr 50. Tropffen mit dünnem Bier zu nehmen / welche Mixtur auch zuweilen an statt der vorigen Pillulen gebraucht werden kan.

No. 10. ℞. *Pulv. Artemis. Puleg. Absynth.*
Melis. Matricar. ana ℥iij.
Sem. Cumin. Angel. pulv. ana ℥j.
Gum. Galban. ℥ij.
Cer. & Therebinth. ♀o. *coct. rut. solut.*
q. s. ad consist.
M. F. *l. a. Emplastrum. D. S.*

Stär-

stärckend- und zertheilend Mutter-Pflaster / von welchem etwas auff ein Tüchlein gestrichen / und stetig über dem Unter-Leib getragen werden kan.

[...]æterea diebus 9. ante consuetam aliàs [...]rgationem; menstruam quotidiè co[...]lear unum de sequenti Mixturâ Polychre[...] in hoc passu assumat.

[...]N. 11. ℞. R. *bacc. Sambuc. ex bacc. arid.* V. *parat.* ℥v.
Elix. uterin, Croll. ℥ij.
Elæosach. Citr. ex pom. recent. parat. ℥j.

M. D. S.

[...]nderbare Mixtur / von welcher täglich nach Belieben ein Löffel zu nehmen.

[...]que triduo ante menstruationem soli[...]idam hisce Pilulis fluxum sanguinis egregiè promoventibus utatur.

[...]V. 12. ℞. *Ass. fœtid.* ℈ß.
Fæcul. Bryon. ℈i.
M. F. c. R. ♉. *Cris. Pilulæ N. XV. obduc. fol.* ☉. *N. 1. D. S.*

[...]llezeit Abends 9. Uhr 2. zu nehmen.

CONSILIUM XIX.

De

FLUORE ALBO SIVE LEUCORRHOEA.

FOemina quædam honesta, mollicella & admodum venusta, Viri Amplissimi Conjux, 25. annorum, constitutionis frigidioris humidiorisque, vitæ sedentariæ, lacticiniis, fructibus horariis, balneisque ex aquâ frigidâ, æstivô maximè tempore, impensius dedita, conqueritur de profluvio uterinô albo, mucoso, diuturno, cum dolore lumborum, sed non usque adeò notabili, oculi sunt venerei, urina alba, tenuis, cum enæoremate divulso. Metuens igitur ne, sterile conjugium quod hactenus coluit, ab hac profluentiâ provenerit, eamque ob caussam fortè marito ingrata fiat, quippe qui ingentem in modum prolem expetebat, me requisivit, auxiliumque Medicum imploravit. Islebiæ d. 20. Julii, 1690.

RESPONSUM.

FLuor albus est, quocum misera inpræsentiarum conflictatur, dependens

densà colluvie pituitosâ circà uterum congesta, atque stagnante, concurrente glandularum prostatarum ibidem, & umbarium relaxatione, & respectivè obstructione, quam dolores modici in historiâ morbi allegati, confirmant. Ad quam Cacochymiam pituitosam, vitium diætæ, sicut ad debilitatem corporum glandulosorum sterilitas pertinax, valido tcunque marito dubio pro hactenus pluimum contulit, quippe in vulgus notum st, quantum puerperiorum expurgatio, œcundis mulieribus alias ad uteri robur, otiusque corporis fœminini εὐεξίαν contriuat. Unde haud vanus est ille metus, uem sibi concepit afflicta, de habituali mposterum sterilitate, cui etiam certismè demum cachexia se associabit. Ut utem ab eo, quo maximè peccatum est, empe â diæta curationem ordiamur, dissuademus ratione victus omnia infrigidana & humectantia, cumprimis excessivè ssumta, ut lactucam, cucumeres, lac, aseum recentem, fructus horarios, emammata acida, sacharata, potum aquæ igidæ, cerevisiam novellam, eamque eculentam, & tenuirorem, in qua xcoquenda Lazarus portavit lupulum &

polentam, quietem ſomnumque longiorem; Econtrà utatur in cibis fœniculo, cumino, ſalvia, rore marino, petroſelino, anetho, reliquisque condimentis aromaticis: Potus ſit cereviſia optimè defervefacta, lupulo impraegnata, generoſior, tepida, &, quod præſtat, medicata, imò nec modicus Vini Hiſpanici vel Canarienſis, aut alterius medicati in prandio & Cœna hauſtus nocebit: Motus corporis procuretur, & exercitio ſexum fœmininum decente, crebrius indulgeat; Videmus enim agreſtes laboribus aſſuetas mulieres, minus quam urbanas fluore albo laborare. Deinde ex foro Pharmacevtico ſequentia uſurpet, Cacochymiæ pituitoſæ averruncandæ, uteroque roborando dicata ſpecifica.

N. 1. ℞. *Herb.* *Puleg.* mp. ij.
Hyſſop. *Capill. Vener.* ana mp. ß.
Agaric. alliſſ. ʒij.
Fol. ſ.ſ.ſ. ʒiij.

Inciſ. coqv. ex ▽. font. part. 2. & Vin. alb. tenuior. part. 1. usqv. ad. remanent. ℔. jß. Colat. fortiter expreſſa. D. S.

Ein abführender und Mutter reinigender Tranck / auff drey mahl drey Morgen nacheinander zu nehmen.

N. 2. ℞.

N. 2. ℞. Rad. *Chin.* ℥j.
Rub. tinct. petrosel. Eryng. ℥ß.
Pimpinell. ana ℨiij.
Ireos. fl. ℨß.
Cariophyllat. Gallang. Zedoar. ana ℨij.
Herb. Salv. ror. mar. beton. Chamædr. ana *mp. j.*
Sem. *Anis. fœnic. stellat.* ana ℨiß.

Incis. & contus. D. in nodul. S. Säcklein zu 3. Maaß guten Moßler Wein / von welchen früh Morgens und bey der Mahlzeit nach Belieben zu trincken.

Quô exhausto iterum, & quidem paulò fortius purgetur, sequentibus Pilulis.

N. 3. ℞. *Aloës. Violat.*
Gum. Galban. acet. solut. & inspissat. ana *gr. V.*
☿*r. dulc.* ℈ß.
🜔*l. volat. succin. gr.* iij.
Extract. Colocynth. gr. ß.
M. F. c. Elix. uterin. Croll. Pil. N. XV. asperg. pulv. Cinam. D. S.

Purgier-Pillen auff einmahl früh nüchtern zu nehmen.

N. 4. ℞. *Fol. ror. mar.* mp. j.
coqv. in diplomat. c. mensur. 2. Cerevis.

 tenuior.

tenuior. Colat. exprim. fortiter, de quâ manè sumatur bonus haustus, & quidem calidè, & in prandio & coenâ pro lubitu, & loco potus ordinarii: Cui decocto revera Polychresto, combinentur quædam externa glandularum uterinarum tonum restaurantia, uterumque roborantia, quo fine consultum erit, ut præsens subjectum per aliquot tempus cingulum satis latum ex pelle Cygni, vulturis, vulpis, felisve sylvestris, continuò gestet circà hypogastrium & lumbos. Tandem post cibum sequenti tragea cum pane tosto Vinoque inebriato utatur.

N. 5. ℞. Nuc. Mosch. condit. & siccat. ℥ij.
C. C. ust. ppt. ʒiß.
Corall. rubr. ppt. ʒj.
Croc. ♂ t. adstring. ʒß.
Sachar. rosat. tabulat. ℥ij.
M. F. Pulvis. D. S.

Allezeit nach Tisch 1. starcke Messerspitze zunehmen.

Atque his fluor iste feliciter fuit refrænatus.

CON-

CONSILIUM XX.

De

HÆMORRHOIDIBUS COECIS.

VIrquidam Amplissimus haud procul ab urbe degens, constitutione Me-ncholicus, annum 46. agens, aliquo-es excretiones sanguinolentas cum dolo- tensivo lumborum expertus, tandem onqueritur de verrucis sive tuberculis uris, uventibus summeque dolirificis ni, cum lassitudine & torpore totius cor-oris, ut & in excernendis fecibus alvi-s dolore exquisitissimo animi fermè de-quium inducente. Cum igitur nec am-ulare, nec sedere ob dolorum vehemen-am, & loci affecti constitutionem pos-t, dies noctesque insomnes agens, me dvocari jubebat. Simulac ipsum visitas-m, constabat illum hæmorrhoidibus oecis excruciari, quare sequentia adpli-bantur. Islebiæ d. 25. Julii, 1690.

RESPONSUM.

D beneficii, quod natura in hoc Viro Nobilissimo anteà, dum sanguis purus

unà cum excrementis alvinis ſtriatim deponebatur, molita eſt, nunc denuò ceſſaſſe videtur, & quidem, quemadmodum non levis ſuſpicio eſt, ob ſanguinem craſſum, acido-viſcidum per arteriam iliacam uterinam ejusdemque ramificationes capillares ad extremitatem ani excurrentes, ſive vaſa hæmorrohidalia, eò delatum, qui cum propter loci inſignem anguſtiam promptè exprimi nequeat, neque reſorbeatur à Venæ portæ ramo ſplenico, fit, ut arteriolæ prædictæ unà cum tunica interna inteſtini recti in tumores verruncales, ſive mariſcas attollantur, atque hæmorrhoides cœcas externas conſtituant. Plura ſuperaddere ſupervacaneum puto, quoniam infernales cruciatus remedia lenientia potius quam verba nunc efflagitant. Ideoque ſequentia t. t. adhibebam.

No. 1. ℞. *Mucilag. Sem. Pſyll. Cydon.* ▽. *roſar. fact.* ana ℥j.
oo. coct. roſar. ℥ij.
Pingued. Gallin. ℥ß.
Vitell. ovor. No. ij.
Ceruſſ. Plumb. uſt. ana ʒj.
Camph. gr. ij.

Omnia diligenter conquaſſentur, terantur

tur, & M. in mortario plumbeo, F. Epithema duplicatis linteolis aut concerptis filamentis tepide adplicandum, sæpiusque renovandum.

Quod calidis ac salsis humoribus circà ani sphincterem exudantibus, & scaturiginem putidam in occidente molientibus refrigerio insigni erit, simulque accerbitatem doloris præsentissimè solabitur. Prætereà alvus servetur aperta, flatibusque stagnantibus via patula præstetur sequenti lenitivo, in forma fluida, quod hic apprimè notandum, composito.

No. 2. ℞. *Passul. min.* ℥j.
Fol. s. s. s. ℈jv.
🜍. fol. ♃r. ℈ij. *F. l. a. decoct. c. 🜄. font.*
Colat. ℞. ℥v. *in qua dissolv.*
Mann. Calabrin. ℥ß.
Croc. ♂t, c. ☽tr. parat. ʒß.
M. D. S.

Eröffnender Tranck stündlich 1. Weingläßlein laulecht zu nehmen / zuvor aber wohl umzurütteln / biß die Eröffnung erfolget.

Porrò locus adfectus eluatur hoc decocto, & deinde inspergatur Pulvis sequens.

No. 3. ℞. *Fol. Polygon. mp.* j.
Fl. rosar. rubr. mp. ß.
Alum. ʒß.
🜄. *plantag.* ℔. iß.

Coqv. ad tertias. Colat. D. in fictil. S.

Reinigend und heilend Wasser / äusserlich zugebrauchen.

No. 4. ℞. *Cort. aurant.* ℥ij.
fl. rosar. rubr. ℥j.
Cochlear. in Cliban. ustar.
Thur. ana ℥iß. *pers. subtilissimè instar Pollinis. D. S.*

Trucknend-Pulver gegen die Schärffe / wovon nach dem Waschen etwas einzustreuen.

No. 5. ℞. R. *Castor. anodyn.* ♉. *Gris.* ana ℥j.
M. D. S.

Linderende und eröffnende Tropffen / Morgens und Mittags um 4. Uhr 40. mit Ehrenpreiß-Wasser zu nehmen.

No. 6. ℞. *Coriandr. ppt.* ℥j.
Nuc. Mosch. Oliban. ana ℈ij.
C. C. ust. ppt.
Succin. alb. ppt.
Cubeb. ana ℥ß.
Mastich. El. ℈j.
Liquirit. ℥ij.
Sachar. Can. d alb. ℥ij. *pers.*
M. D. S.

Allezeit nach Tisch ein halb Quintlein mit geröstetem / und in rothen Wein geweichtem Brod zu nehmen.

Diæta

Diæta & victus ſit attenuans & ſiccans, quia ſeroſitates ſalſæ ſimul abundare deprehenduntur, & neceſſitate urgente, hisque medicamentis parum proficientibus, tandem de hæmorrhoidum apertura cogitandum erit.

CONSILIVM XXI.

De

AUDITUS DIFFICVLTATE CVM OPHTHALMIA ARTHRITIDE ET HERNIA INGUINALI.

Nobiliſſimus Vir ſexagenarius, conſtitutionis ſiccioris calidiorisque, conqueritur de βαρυηκόια quadā levi, de ophthalmiâ incipiente, de arthritide vagâ, & herniâ inguinali, adeſt præterea pruritus moleſtus cum incaleſcentiâ vagâ, periodâ, manuum & reliquorum membrorum, atque hinc metus inſignis, ne prædicta Symptomata ſenſim cum ætate invaleſcentia, tandem malum immedicabile reddant, quod ut eò meliùs præcaveatur, placuit meum etiam inter reliqua Conſilium audire; Lubens obſecundavi deſiderio, & ſequentibus

cauſam

causam & curationem hujus affectus complicati exposui.

Islebiæ d. 1. *Augusti*, 1690.

RESPONSUM.

CAusam continentem prædictorum malorum omnium seri acrioris copiam, sive Tartarum resolutum per M. S. agitatum arbitror, qualem diathesin humorum ipsa ætas declinans, ad ejusmodi Tartareos humores generandos prona, sponte sua inducere experientia comprobat. Idem testantur puritus & incalescentiam embrorum, ophthalmia, arthritis, hernia inguinalis, & auditus difficultas, ex quibus priora acrimoniam salsam, posteriora serosi laticis abundantiam insinuant. Nempe temperies Cholerica id sibi proprium vendicat, quod, ubi ad senectutem perventum est, bilis inspissetur, M. que S. lentescat, atque in lixivium quasi commutetur, ex quo diathesis scorbutica Originem trahit. Neque putandum est, ac si vitii quidpiam organici in partibus recensitis subsit; Nam quod organon auditus concernit, sanè non apparet illud aliquo evidenti conformationis vitio, à causa externa violenta

enta orto laborare, ſed cerebrum à ſanguine ſeroſo adeò eſt inquinatum, ut non ſufficiat ſpiritibus animalibus ſubminiſtrandis, quin potiùs nervus auditorius quadantenus comprimitur, aurisque interioris cavitas aëre flatulento abundat. Sic quoque ſerum iſtud una cum ſanguine Chyloſo, oculorum nutrimento inſerviente ad oculos allatum, ibidem ophthalmiæ primordia, oculorum ſcilicet inflammationem dolorificam, citrà aliam eorundem culpam, in præſentiâ excitat. Porrò dum ſerum tale à partibus principalioribus, ob vigorem adhuc integrum propulſum in partes exteriores reſpectivè debiliores, artus cumprimis detruditur, particulis oleoſis temperantibus, motuque vitali penitus orbatum, redit & lancinat illiùs acrimonia partes nervoſas tamdiu, donec natura adhuc vegeta illud diſſipaverit per inſenſibilem tranſpirationem. Et quid prohibeat, quò minùs herniam quoque eidem imputemus ſerò? Quippe conſtat à ſanguine plus minùs aquoſo debilitari robur peritonæi, ita ut per ejusdem proceſſus, relaxatô frenô inteſtina facillimè in ſcrotum delabantur. Quibus ita ſe habentibus, Nobiliſſimus Dominus haud diffi-

difficulter Prognosticum ipse formare poterit, scilicet, si constitutio ista serosa acris non maturè alteretur atque evacuetur, malum quodvis ex recensitis oppidò in deterius ruitruum, nempe nervus auditorius flaccescet cum insigni auditus læsione, ophthalmiâ perfecta subsequetur, ut & hernia intestinalis major], tandemque arthritis vera fixaque excitabitur, quod eò facilius citiusque fiet, seniô in dies ingravescente, ubi Spiritus morbo devicti non sufficiunt humoribus istis excrementitiis ex M. S. secernendis & evacuandis, sed ad membra atque juncturas semel præcipitatos, ibidem intactos relinquere coguntur. Ne verò eventus respondeat prognosi, imprimis curandum est, ne motu corporis immoderato, nempe saltando, equitando, graviora pondera elevando, aut diuturna & immotâ statione, ulteriori & omnimodo prolapsui intestinorum occasio subministretur. Deinde ad debellanda symptomata præsentia, ejusmodi quotidiè utatur remediis, quæ ad acrimoniam salsam fuliginosam mitigandam, humiditatem superfluam consumendam, & febrillarum relaxatarum tonum restituendum in Foro Medico hactenus celebrantur, quæ quidem tali ordine usurpanda. *No. 1.*

No. 1. ℞. *Aloës. Violat.*
Resin. Jalap.
☿r. *dulc.* ana *gr.* vj.
⊖l. *volat. succin. gr. ij.*
M. F. c. Elix. propr. s. acid. Pilulæ. No. XV. asperg. pulv. Cinam. D. S.

Purgier-Pillen / wöchentlich einmal früh Morgends mit ein wenig überschlagenem Bier zu nehmen / und solches 2. biß 3. Wochen nacheinander zu continuiren.

No. 2. ℞. *Rad. Sarsparill.* ℥iij.
Cichor. hort. ℥ß.
Liquirit.
Ras. L. S. in tenuiss. pollin. redact. ana ℥j.
Ras. Ebor. ʒij.
Hermodactyl. Visc. querc. ana ℥iß.
Passul. min. ℥j.
Cinam. El. ʒiß.
Lapid. pumic.
♁. *crud in Petia. ligat.* ana ℥iv.

Incis. & contus. M. D. S.

Species mit 12. Maaß Wasser in einem verdeckten töpffernem Gefäß biß auf 8. Maaß abzukochen / nachdem solche zuvor 16. Stunden infundiret gestanden / von welchem decocto Morgends und Mittags 4. Uhr ein halb Nösel warm zu trincken / und sich darauff zu einem

einem gelinden Schweiß zu disponiren.

No. 3. ℞. *Specier. diarrhod. Abbat. diatrion. santal. diambr.* ana ʒj.
diagalang. ℈j.
Mastich. El. perst. Cremor. ♃*r. Oc.* ♁ *ppt.* ana ℈j.
Elæosachar. citr. ex pom. rec. fact. ʒij.

M. D. S.

Allezeit nach Tisch 2. Messerspitzen trocken zu nehmen.

No. 4. ℞. 🜕. *Amygdal. Amar.* ʒiß.
Spic. Iasmin. ana ℈ß.

M. D. S.

Morgends und Abends mit Baumwolle etwas hiervon in die Ohren zu legen/ oder auch einige Tropffen hinein fallen zu lassen.

No. 5. ℞. *Unguent. alb. Camphorat.* ʒiij.
Alumin. ust.
⊽. *Catech.* ana ʒß.
🜕. *momord. perfoliat.* ana ʒj.
Succin. ℈j.

M. D. S.

Sonderbahr-anhaltendes Sälblein täglich 2. mal auffzustreichen.

Quo

Quo illinatur regio inguinalis, in qua ſu-
picio herniæ eſt, poſteà loco Emplaſtri
lutinatorii, quod ob partem hirſutam
ic applicabile non eſt, adaptetur faſcia
er aliquod temporis ſpatium geſtanda,
onec ſcilicet tumor omnis evaneſcat,
a tamen, ut prius imponatur poſt inun-
ionem ſacculus ſpeciebus ex ſemine per-
liatæ, ſalviæ & cumini ana paratus,
enique contra ophthalmiam fiat Cata-
aſma ex Albumine ovorum mediante
uſtro aluminis in ſpumam agitato, &
idem in patella ſtannea, quod cum ſtup-
cannabina nuchæ frigidè imponatur, &
ſiccatum renovetur: Oculis verò imme-
atè adhibebit fœniculum cum mica pa-
s ſimilaginei in lacte coctum, calideque
poſitum.

CONSILIVM XXII.

De HERNIA IN MU-LIERE.

MUlier quædam ſexagenaria ingenti
laborabat per 12. annos hernia in-
tina: levi tamen cum moleſtia, quod in-
tina prolapſa facillimè reponere pote-

rat: Sed cùm nuper nimium se commo-
visset, intestina tantô cum impetu rursu
prolabebantur, ut repositionem non mo
dò non admitterent, verum & ingenten
conciperent inflammationem, quan
immanissimi consequebantur dolores
quibus procul dubio fuisset extincta, ni
ego, in consilium vocatus, ejusmoc
medicamentis subvenissem. Islebiæ d
5. Augusti 1690.

RESPONSUM.

PRima intentio curativa dirigebatur a
inflammationem sedandam: Alter
ad intestina prolapsa emollienda & repo
nenda: Tertia ad intestina reposita i
locô & situ convenienti retinenda. E
quidem.

N. 1. ℞. ▽. *fl. Acac. fœnic. Cerasor. nigr. po*
tulac. ana ℥j.
cord. frig. H.C. rosar. rubr. ana ℥
♈. ⊕*tr. dulc.* ʒß.
carm. Sylv. ʒij.
Oc. ♋. *ppt. Antihect. Poter.* ana ʒß.
⊕*tr.* ♉*at.* ℈ij.
Syr. Rub. Id. ℥ß.
Laud. Op. gr. j.
M. F. potio D. S.

Au

lle halbe Stunden wohlgerüttelt 1. Löffel voll zu nehmen.

opicum autem emolliendis intestinis & oloribus lenientibus accommodatum, at Lac recens cum baccis caprillis decoum & continuò in formâ Cataplasmatis lidè impositum, quo feliciter intestina ponebantur, cum anteà, varia decoa emollientia frustrà essent adhibita. His que retrò pulsis, tali linimento itetum prolapsum præcavere studebam, à cum decoctô & mixtura interna sil assumenda, quibus etiam pristino tui fuit restituta.

N. 2. ℞. Unguent. ex ♄. lithargyr. ℥ij.
♁r. subtilis. ps.
Cret. subtiliss. ps. ana ʒij.
▽. rosar. ℥j.
M. *diligentissimè. F. liniment.*

D. S.

onderbar anhaltendes und kühlendes Sälblein / täglich 3. mahl auffzustreichen.

N. 3. ℞. Rad. Acor. Aron. aquat. torment. consolid. maj.

 plantag.

plantag, ana ℥ß.
Galang. min. ʒj.
Herb. Veronic. Prunell. *vinc. pervinc.*
Pyrol.
Herb. sanic. virg. aur. pilosell. hernia
crass. maj. ana *mp.* j.
Fl. rosar. rubr. balaust. ana P. j.
Sem. perfoliat. Cumin. ana ℥ß.
Cariophyll. Cinam. Mac. Nuc. Mosch
ana ℈ij.

Incis. & contus. coqv. c. Vinô tenui in diploma
colat. clarif. add. Sacchar. finis. ℥iij. *D. S.*
Täglich 2. mahl 1. Wein-Glaß zu neh-men.

N. 4. ℞. *Essent. momord. hyperic. ulma*
Mich. ana ʒj.

M. D. S.
Schmertz-stillende und heilende Tropf-fen / von welchen jedesmahl mi dem decocto 15. zu nehmen.

CONSILIVM XXIII.
De
PARAPHIMOSI.

JUvenis quidam 25. annorum molest
affligebatur partium genitalium affectu
quem ex impuro coitu, ut ipsemet
ægr

ægrè quidem confitebatur, contraxerat; nempe præputium glandis retrorſum cum violentiâ actum, valde intumuerat, prægrandis puſtulæ inſtar, unde dolores acerbiſſimi aderant cum inflammatione & duritie totius membri virilis. Cui ſequentia Medicamenta ordinavi, additô ſimul de adornandâ diætâ conſilio. Islebiæ d. 9. Auguſti, 1690.

RESPONSVM.

OMnium primò particulæ virulentæ, â Scorto impuro, coitu mediante communicatæ eliminandæ ſunt, atque à parte affecta revellendæ, cum primis quia hic Juvenis ſimul Cacochymicus exiſtit, alias non adeò preſſo pede actum venereum tanta pœnitentia excepiſſet, quarè ſuadeo, ut primas vias expurget Cathartico validò, & ab hoc tertio die V. S. inſtituat, quam ſecundo die diaphoreſis quotidiana inſequatur, ut ita malignitati, licet adhuc remiſſiori, via quaquàverſum extrà confinia corporis patula comparetur. Præſertim verò ad tumorem doloremque inflammatorium quantocyus diſcutiendum ſopiendumque

hoc Cataplasma ab initio statim adplicetur.

N. 1. ℞. *Farin. fabar. hord.* ana ℥ij.
Pulv. rosar. rubr. ℥ß.
Sem. fœnugræc. ʒij.
Cydon. ʒj.
Croc. ℈j.
M. & *Coqv. c. Lacte Vaccino* q. *F. Cataplasma. D. S.*

Erweichender und linderender Umschlag täglich 3. mahl warm über zu legen.

Sequenti die totum membrum virile inungebatur tali linimento, præsertim nulla insigni inflammatione præsente.

N. 2. ℞. *Ol. Amygd. dulc.*
rosar. ana ℥j.
de vitell. ovor. ℥ß.

M. D. S.

Sonderlich Sälblein / wie bewust / zu gebrauchen.

N. 3. 🜄 *benedict. Ruland.* ʒv.
card. benedict. ℥j.
Syr. Emet. Angel. Sal. ʒj.

M. D. S.

M. D. S.

um brechen auff 1. mahl früh Morgens zu nehmen.

N. 4. ℞. ☿ *diaphor.* ♂*t.*
♁. ♁. ana ℈j.
♁. *crud. subtiliss. pf. gr.* iij.
Elect. diascord. Sylv. ʒj.
⁓. *Bezoard. Buss.* ℈ß,
M. F. c. Syr. Corall. Bolus. D. S.

Schweiß-Zuckaer uf 1. mahl Morgens zu nehmen/ und ein wenig Hollunder-Wasser darauff zu trincken.

Victus sit tenuis & refrigerans, modicusque, hic enim abstinentia moderata plurimum valet, juscula avenacea, hordeacea & cannabina ferè sufficiant: Potus verò, durante curâ sit decoctum Sarsæ parillæ cum Liquiritia & passulis, & imposterum caveat temerè iterum ejusmodi antrum subintrare, cautiusque mercari discat. Atque ipso his imperatis obediente, feliciter denuò convaluit, majori periculo liberatus, glans tamen nudus permansit.

CONSILIUM XXIV.

De

CALCULO RENUM.

VIdua Generosa 48. annorum, hau procul ab Urbe habitans, Phlegmatica, subitò prehenditur ingenti cruciatu sinistri lateris, cum artuum ibidem brachii scilicet femorisque stupore. Accitus ego, affectuum ex relatione pleuritidem esse arbitrabar, hinc & statim potiunculam antipleuriticam & Epithema ordinavi; Verum cum cruciatibus nullo modo remittentibus, ulterius & accuratius in locum affectum inquirerem, & veritatem extorquerem, scilicet circà renis sinistri regionem dolorem hospitari, calculum ibidem latere pronunciavi, cujus expulsionem tali modo aggrediebar. Islebiæ d. 9. Augusti. 1690.

RESPONSUM.

QUia ex stupore artuum & doloribus acerbis apparet calculum adesse grandiorem

diorem dunioremque, qui comprimendo nervum in Musculum cruris sinistri abeuntem ejusmodi impotentiam motus causatur, & consensu compatiente brachio ejusdem lateris, ideò Antispasmodicis & lubricitantibus locus affectus priùs disponatur, quo calculus amplius spatium nactus, ab insequentibus Medicamentis diureticis citò & tutò ad vesicam deferri queat, id quod sequentibus etiam Medicamentis ex voto successit.

No. 1. ℞. *Rad. Glycyrrhiz. Alth. Ireos. fl.* ana ℥ß.
Sem. malv. 4. frigid. major. ana ʒij.
Cicer. rubr. ℥ij.
Bacc. Alkeken. ℥j.
hord. mund. mp. j.
Caricar. pingu. No. V.

Incis. & contus. coqv. in s. q. ▽ font. Colat. ℞. ℔ j. Cui add.
Syr. diacod. ℥ß. *M. F. potio. D. S.*

Alle 3. Stunden warm 1. Weinglaß einzunehmen.

No. 2. ℞. *♎. ⊖l. optimè rectif.* ʒß. *D. S.*

Stein-treibender Liquor, von welchem allezeit eine Stunde nach genommenem vorigen decocto 7. Tropffen mit Kerbel-Wasser zunehmen.

Qui Spiritus secundâ vice assumtus, magnó adstantium applausu, calculum durum magnitudinem lentis majoris referentem ex corpore eliminavit. Et sanè sæpiùs mirati sumus hujus Medicamenti præstantiam, ringentibus licet non nullis Neotericorum, quibus ex nimiô novitatis pruritu cuncta antiquorum remedia sordent, atque acida in nephritide sunt suspecta: Sed hi boni viri si recordarentur spiritum Salis crudum inter reliquos Spiritus minerales acidos temperatissimum esse, acidumque volatile terrâ Alcalinâ, balsamicâ impraegnatum, continere mitius fortè judicium de Polychrestô hoc remedio formarent, præsertim sub ejusmodi cautelâ Practicâ, à celeberrimis priorum seculorum Medicis sollicitè occultata, quando Acida temperata in constitutione Sanguineo-Phlegmaticâ & Cholericâ, & econtrà volatilia urinosa in temperamento Melancholico puro, alcaliaque fixa Salibus resolventibus neutris combinata in temperamento salso, præmissis utrobique diureticis lubricantibus, & modicè refrigerantibus, maxime proficua experti sunt. Posteà præservationis ergò svadebam, ut per aliquot menses uteretur medicamentis Cacochymiam

pitui-

pituitosam incidentibus, sabulosamque materiam successivè & blandè per urinam educentibus, cui intentioni abundè satisfaciebat sequens Mixtura.

No. 3. ℞. ▽. *lithontript. nostr.* ℥ij.
fœnic. heder. terrestr. fragor. spirituos. ana ℥j.
☍. ♌. *citr. gt.* iij.
M. D. S.

Mixtur, von welcher alle Abend bey Schlaffzeit 2. Löffel zunehmen.

Descriptio autem aquæ lithontripticæ est talis.

℞. *Liquor. nephrit. Michaël.*
Solut. lap. ♋.
～. cerasor.
☐r. ana ℥j.
⊖l. crud. optimè. rectif.
Elix. Polychrest. *nostr.* ana ℥ß.
M. & repon. ad usum sub dosi. ʒß.

Solutio lapidum Cancri tali paratur modo.

℞. *Herb. Chelid. c. tot. antequam plenè floreat.* ℔. iv.

Contus. affund. ▽. ℔. j. & expon. ☉. per triduum, posteà Col. firmiter prius exprimendo. Colat. iterum per quatrid. colloc. ad radios ☉ iterum col.

col. & liquor clarus egregium præbe
Menstruum ad ocul. ♋. in alcool re
dactos solvendos.

Essentia Polychresta tali præparatur modo.

℞. *Rad. Valerian. Poeon. Scorzon. Helen. Pimpinell.* ana ℨvi.
Herb. rosmar. salv. majoran. ⁞ *rut. Beton. menth. absynth. pont. serpill. abrotan. artemis. Meliss.* ana *mp.* j.
Fl. Lavend. Spic. nostr. til. lil. convall. ana *mp.* ß.
Bacc. Juniper. laur. ana ℥ß.
Sem. anis. fœnic. Car. Pimpinell.
Cariophyll. Nuc. Mosch. Cinam. El. Mac. ana ℨiij.
Cubeb. Coriandr. ana ℨij.
Myrrh. Ladan. ana ℥ß.
🜄. *rectificatiss. ex Vin. Malvat. parat.* ℔.iij.

Stent per octid. in digestione, vase diligentissimè clauso. Hinc exprim. & solv. in eo Theriac. vet. ℥iß. Filtr. per chartam emporeticam. Repon. vase optimè clauso per aliquot dies ad resident. Clarum decantetur, distilletur ad remanent. 4. part. ex fecibus extrahatur Sal, & addatur destillato, quocum in vitreâ cucurbitâ capaci probeque obturata per unam alteramve septimanam circuletur & clarificetur.

CON-

CONSILIUM XXV.

De VULNERE PECTORIS PER JCTVM GLOBULI.

VIR Juvenis Nobilissimus Locumtenens Saxonicus in duello propè Mansfeldiam commisso, ab adversario ictu Sclopi vulneratur, globulo circà secundam costam superiorem dextri lateris sursum, versus claviculam, trajecto, & parti Posticæ omoplatæ, quantum colligere licebat infixô. Hic à Chirurgo Castrensi malè tractatus, Islebiam in lecticâ transferebatur, Metallici cujusdam hospitio suburbano exceptus, meæque curæ committebatur, quam juxtà sequentem normam adornavi.

Islebiæ d. 27. *Augusti,* 1690.

RESPONSUM.

QUoniam ejusmodi vulnera cum contusione vasorum sanguiferorum & tubulorum nerveorum fieri consueverunt, unde humores stagnantes in putredinem abeunt, spiritusque ab influxu arcentur, atque sic lipothymiæ, inflammationes partium

tium læsarum cum febri vulneraria ordinariè affligere solent, qualia Symptomata & hic quoque conspicua erant, unà cum ingenti dyspnœâ, dubiô procul à sanguinis extravasati expectoratione denegatâ, fibrillarumque compressione ortâ; Ideòque Medicamenta confortantia & alterantia usurpentur, quo indicationi vitali ante omnia satisfiat, qua neglecta curatio ipsius vulneris commodè vix absolvi poterit. Itaque per aliquot dies sequentia exhibui, quibus etiam vulneratus vires recuperabat; Chirurgo interim vulnus diligenter quidem, sed more antiquo tractante.

No. 1. ℞. ▽. *Cerasor. nigr. scabios. heder. terrestr.* ana ℥iß.
Cord. frig. H. S. ℥ß.
Cinam. borrag. ʒij.
R. *fl. hyperic. Corall. c.* ∽. *cort. C.* ana ʒij.
Ocul. ♋. *ppt.* ʒj.
Specif. Cephal. Michaël. ʒß.
Lap. Bezoard. Or. gr. v.
Syr. fl. tun. ℥ß.
Mosch. gr. j.
M. F. potio. D. S.

Resolvirende Stärck Mixtur, von welcher stündlich wohl gerüttelt 1. Löffel voll.

No. 2.

No. 2. ℞. *Sperm. Cet. non rancid.*
Mandib. Luc. pisc. ppt. ana ℥ß.
♁. *nativ. subtiliss. ppt.*
Antihect. Poter. ana ℈j.
⊕*tr.* ♄*at. gr.* xxv.

M. F. Pulvis. div. in 5. part. æqv. D. S.
Kühl- und linderndes Pulver / von welchem alle 7. Stunden / sonderlich gegen die Nacht 1. mit dünner Haber-Krütz-Brüh zu nehmen.

Cum autem puris exiguum, empyematicum siquidem esse vulneratum constabat, exiret, & vulneratus ob id ingenti respirationis difficultate premeretur, pro pure deplendo, ne pulmones arroderet, & vulneratum in Phtisin lethalem præcipitaret, talem excogitavi modum, videlicet suasi, ut pronus super scamnum se inclinaret, quo facto, & per dies diligenter continuato, singulis vicibus fermè ultra ℔. ß. saniei cum insigni levamine & ægrotantis euphoria effluxit. Quam inventionem & super scamnum declinationem gratissimâ mente vulneratus prosequebatur, magnisque extollebat laudibus, cum aliàs juxtà methodum Chirurgi, citrà omne dubium, fato immaturo obiisset. Denique decoctum aliquod pectorale consolidans atque temperan-

perans per unam alteramve septimanam usurpandum commendavi, cui singulis vicibus certam quantitatem Essentiæ travmatico-balsamicæ instillabat.

No. 3. ℞. *Herb. Scord. Salv. acut. veron.* ana *mp. j*

Incis. coqv. c. Cerevis. secundar. Mensur. j. usque ad remanent. part. dimid. cui add.

Mell. rosat. ℥j. D. S.

Auf 2. mal Morgends/ und Mittags zu nehmen.

No. 4. ℞. *Essent. bals. Peruv.*

Elix. propr. s. acid. ana ℥j.

M. D. S.

Jedesmal 30. Tropffen mit dem vorigen decocto zu nehmen.

CONSILIUM XXVI.

De

HECTICA INCIPIENTE.

VIR admodùm Reverendus Diaconus Oppidanus quinquagenarius, vegetus alias & Sanguineo-Phlegmaticus, animadvertit insolitum corporis viriumque decre-

ecrementum, calores nocturnos, re-
irationis difficultatem, quandoque tus-
culam ſiccam, & levi occaſione datâ
ſignem excandeſcentiam, unde me-
ebat, ne ſenſim ſenſimque hectica fe-
is invaleſceret, & propterea Conſi-
im præſervativum expetebat. Islebiæ d.
. Auguſti, 1690.

RESPONSUM.

EX iis, quæ confitetur Vir admodum
Reverendus, & reliquis fortè inſu-
r præſentibus, quorum utpote non-
m usque adeò manifeſtorum nulla men-
facta eſt, facili negotio cognoſcitur,
eſſe diſpoſitionem hecticam, quia ejus-
m cauſa, humoris bilioſi abundantia
eſſe videtur, quæ ex proclivitate ad
m, ex Officio laborioſo, lucubratio-
bus & curis ad oculum patet, quibus
rpus ſenſim exſiccatur, Spiritus acrio-
evadunt, & rorulentum Sanguinis
populantur, quæ acrimonia etiam per
duum motum pulmonum concionan-
fieri ſolitum, ſimul augetur. Nec pa-
n confert Vini & aquæ vitæ uſus, &
ſterioris quidem licet valdè moderatus,

attamen manè jejuno ventriculo consu tus. Quod si nunc continget, ut po hæc sequantur siccitas oris, sitis, excar descentia prompta, habitus corporis si cior, partium carnosarum lenta extenu tio, membrorum languor & enormis e motu qualicunque lassitudo, de prim gradu hecticæ amplius dubitandum no est. Sin porrò accesserit respirationis di ficultas ex motu corporis paulo vehemer tiori, cum tussi siccâ nocturnâ, hecticar ad secundum pervenisse gradum constat qui verò facillimè in tertium usque inter ditur, sub quo curationis spes si non pla nè sublata ad minimum tamen difficillim valdeque ambigua existit. Ut igitur tan to tamque ancipiti malo in principi remedium paretur, omnino est consultis simum, quippe juxtà vulgatum: Turpiu ejicitur quam non admittitur hospes cumprimis quando Officii ratio, medend methodum hecticæ protractæ aliàs conve nientem non admittere vult. Quare præ servatorium negotium maturè ita insti tuendum, ut primo bilis per decoctun pectorale Cholagogum blandè & per epi crasin evacuetur; Secundo partes pnev monicæ roborentur & alterentur pecto

ralibus

alibus lenientibus, confortantibus, trav-
aticis, humectantibus & modicè refri-
gerantibus, qualia sunt sequentia ordine
usurpanda.

N. 1. ℞. *Rad. Glycyrrhiz.* ℥j.
Ireos. fl. Jalap. ana ℥ß.
Turbith. Gummos. ʒiij.
Fol. s. s. s. ℥j.
Fl. 4. Cord. ana P. j.
Sem. Anis. ʒij.
Cort. Citr. ʒv.
Fic. pingv. N. V.
Passul. minor. ℥iij.
Sacchar. Canth. rubr. ℥j.
Cinam. El. ʒj.
Cariophyll. ʒß.
Incis. infund. c. ▽. *scabios. tussilag. Veron. Cichor. acetos. plantag. pulmonar. Citr. Endiv. Fl. til. borrag. bugloss. papav. Rh.* ana ℥iß.

Lagenâ stanneâ in ▽. fervent. per triho-
um suspendenda. Refrigerat. Col. c.
. express. Colaturæ add. Album. ov. di-
enter miscendo, iterum coletur. D. S.

allabführender Brust-Tranck / von
welchem alle Morgen eins oder zwey
Wein-Gläßer / nachdem es viel oder
wenig laxiret / warm zu nehmen.

N. 2. ℞. ▽. *pulmonar. tussitag. scabios. Cicho*
ana ℥iß.
Confect. alkern. incompl. ʒß.
Julap. rosar. ℥iß.

M. D. S.

Alternirendes Brust-Wasser / dessen sich Nachmittag jedesmahl Löffel weise nach Belieben zu bedienen.

N. 3. ℞. *Conserv. rosar. rubr. borrag. bugloss.*
ana ℥j.
Condit. cort. Citr. Lactuc. *Hispan.*
Rad. Cichor. ana ℥ß.
Fl. Citr. ☉*tiar.* ana ʒß.
Mucilag. Gumm. Arab. Tragacanth.
ana ʒiß.
☉*tr. ppt.* ℈j.
℅. ♌. *Cinam. Cariophill. Citr.* ana *gt. j.*
Julap. rosar. ℥j.
M. *F. Electuarium. D. S.*

Kühl- und stärckender Zucker / von welchem alle Abend vor der Ruhe einer Welschen-Nuß groß zu nehmen.

N. 4. ℞. *Essent. Antiphthis. N.* ℥ß. *D. S.*

Alle Morgen mit ein wenig warmer Brühe oder Thee-Wasser 30. Tropffen zu nehmen.

Descri-

Descriptio Essentiæ prædictæ.

℞. Rad. *Calam. arom. Zedoar. Galang. Polypod.*
Liquirit. Ireos fl. ana ℥ß.
Helen. ℥j.
L. *Aloës. Santal. citrin.*
Fl. ♁*r.* ana ℥ij.
Herb. Salv. ror. mar. ana *mp. j.*
Cinam. Cariophyll. ana ʒiij.
Myrrh. *El.* ʒvj.
Croc. Or. ʒj.

cis. & contus. infund. c. 🜄. rectif. ℔ij. per 30. dies. in Vitr. capaci & benè munito repon. in B. Mar. sæpius agitando. Tempore æstivo extractio ad radios ☉. fieri poterit. Spiritus decantatus trajiciatur per linteum, atque filtretur, abstrahatur ad partem dimidiam, cui add. Balsam. Peruv. ʒij. M. & circul. per aliquot dies.

uod diætam concernit, manè nunquam ua vitæ sumenda est, cujus vicem supcant juscula ex lacte, aut avenâ, hordeo excorticato: Cibis utatur concoctu fâlibus, non multum salitis, raròacidis ini usum copiosum, iram, lucubratio-

nes nimias, nimiumque Concionand[i]
motum evitet. Quò etiam ventriculu[m]
roboretur, post Cœnam in septimanâ se-
mel cochlear unum aquæ vitæ anisatæ, ve[l]
quod melius de Mixturâ ex Syrupo viola[-]
rum & aquæ vitæ anisat. aa. conceditur.

CONSILIUM XXVII.

De

DOLORE FLATU-LENTO.

VIr Cl. Gymnasio Islebiensi operam
præclarè navans 45. circiter anno-
rum, ad speciem obesus, coloris facie[i]
ex pallido nigricantis, tussi sive potius ex-
screationi coactæ atque expectorationi dif-
ficili obnoxius, cætera quoad actiones vi-
tales, appetitum fluidorum & solidorum,
somnum & motum bellè sanus; conque-
ritur de dolore lateris dextri infra sive circa
finem costarum spuriarum, tensivo, gra-
vativô, & respirationem maximè diffi-
cilem causante. Et quia hic affectus ipsi
valdè molestus ratione Officii existit, atque
vitium quoddam diaphragmatis subesse
hariolatur, ideoque & meum de hoc
affect[u]

fectu Consilium Medicum implorat. Is-
biæ d. 30. Augusti. 1690.

RESPONSUM.

CAusam hujus affectus â diaphragmate deducere velle, inflammatio ab-
ens, ad quam illud alias tamen valdè
ronum est, & respirationis difficultas
ansitoria sive periodica, vetant; Unde
otius hepar inculpandum videtur, tan-
uam subjectum ejusmodi doloris obtusi,
x materiâ flatulenta & crassa inter mem-
ranam hepatis ejusque substantiam hæ-
ente, orti, hinc est, quod ad turgescen-
am copiamque flatuum incarceratorum,
olor etiam per vices augeatur, magisque
nsibiliter affligat. Quia verò prædicta
nateria in hepatis parte gibbosa nidulatur,
tique & diaphragma in consensum trahi,
ad motus quosdam convulsivos eden-
os disponi poterit, quibus fortè tussi-
ula illa periodica commodè adscribitur.
Jt igitur ab his molestiis hepar liberetur,
atibus via relaxanda est, atque posteà,
iscutientibus & alterantibus specificis ex-
internis dyscrasia sanguinis corrigenda:
d quod tali modo succedet.

N. 1. ℞. *Aloës. rosat.*
Resin. Jalap.
Diagryd. ana gr. viij
Extract. Colocynth. gr. ij.
Ol. gemm. gr. iij.
M. F. c. Elix. propr. *Pilulæ* N. *XXXI. asperg.*
pulv. Cinam. D. S.

Purgier-Pillen / von welchen die Helffte Abends bey Schlaff-Zeit mit kaltem Bier / die andere Helffte früh Morgens zu nehmen.

N. 2. ℞. *Rad. Helen. Pimpinell. Sars. parill.*
ana ʒ j.
Jalap. Rhabarb. Or. ana ʒß.
L. *Sassafras* ʒij.
Fol. s. s. s. ʒv.
Sem. Anis. fœnic.
Cinam. Galang, Cariophyll. Mac. ana
ʒj.
Ol. ♀. ʒij.

Incis. & contus. M. D. S. Laxirende Species zu einem Säcklein in 2. Maaß Wein zu hängen / worvon Morgens und Nachmittag 4. Uhr 1. Wein-Glaß zu nehmen.

N. 3. ℞. *Herb. Marrub. Puleg. Sabin. Chamædr.*
Fl. Chamomill. ana *mp.* j.

baccar.

baccar. Juniper. Laur. ana ℥ß.
Cort. inter Sambuc. Franxin. ana ℥j.
Sem. Anis. fœnic. ana ℥ß.

Incis. & contus. M. D. in chartâ. S.
Species zur Bähung mit gleichen Theilen Eßig und Lauge von Buch-Asche zu kochen / und öffters wohl warm überzuschlagen.

No. 4. ℞. *Pulv. Rad. Cyclam. Filic.* ana ʒj.
Summitat. Centaur. min. ʒß.
🜕. *d. Cappar.* ℥iß.
Chamom. coct. Aneth. coct. rut. coct. ana ʒij.
🜄. *vit. optim.* ℥ij.
Bulliant invicem & exprim. express. add.
Gumm. Ammoniac. Bdell. Opoponac. 🜊*to scyllit. solut.* ana ʒß.
Iterum parùm ebulliant, posteà add.
🜕. 🜍. *Aneth. Citr. Cinam. L. Rhod. Cariophyll.* ana *gt.* iij.
M. F. linimentum. D. S.
Zertheilende Leber-Salbe täglich 3. mal warm zu gebrauchen.

No. 5. ℞. *Empl. d. hyosciam.*
Sperm. Cet.
bacc. laur.
Cumin. ana. ℥ß.
Malaxetur c. 🜕. *express. hyosciam. q. s. D. S.*

Sonderbahres Leber-Pflaster / nach gebrauchter Salbe überzulegen.

No. 6. ℞. *Rad. Cichor. hort.*
Cort. virid. Sambuc. ana ℥ß.
Cinam. ʒiij.
Zinziber
Cariophyll.
Caramom.
Grand. Parad.
Nuc. Mosch.
Galang.
Sem. Anis. fœnic. ana ℈ij.
Sachar. Canar. ℥v.

Incis. & Cont. infund. Generos. cum Vin. Francon. Mens. ij. Stent per noctem probè cooperta manè leviter ebulliant c. Album. ov. conquassato, posteà trajiciatur per manicam Hippocratis unà vel alterâ vice. F. Vinum Hippocraticum. D. S.

Stärck-Wein / von welchem entweder Morgens/Abends/oder nach der Mittags-Mahlzeit ein Trüncklein zu thun.

CONSILIVM XXVIII.

Vom WEHETHUM.

ANcilla quædam conqueritur de impotentia motus, tumore ventris durissimo

ſſimo cum alvi obſtipatione, ut & dolo-
ibus acutis, à quibus Symptomatibus ſe
orreptam dicit, poſtquam ſervus ipſam
nopinatò à poſteriori arripuiſſet, & in al-
um ſubitò ſuſtuliſſet, ita ut fragor etiam
n corpore ad hanc elevationem auditus
uerit. Cui creberrimis lipothymiis ur-
entibus, & ſuffocatione inſtante ſequen-
a ordinabantur.

Ilebiæ d. 1. *Septembris*, 1690.

RESPONSUM.

EX iis, quæ acciderunt decumbenti colligere licet, circa hepar ſi non ru-
turam, ad minimum tamen enormen liga-
nenti ſuſpenſorii tendinoſi hepar ventri-
ulo, peritonæo & diaphragmati conne-
centis luxationem factam eſſe, ut & vio-
entam extenſionem proceſſus peritonæi
uo mediante cum umbilicô cohærere ſo-
et, ita, ut vitæ periculum ob convulſio-
es, quæ tendinoſis nervoſisque partibus
ulneratis facile ſuperveniunt, juxtà
Gliſſon. in Anat. hepat. immineat. Itaque
umprimis alvus reſeranda, deinde exter-
is emollientibus intumeſcentia duriſſima
olorifica curanda, atque demum internis
ulnerariis, ſimulque reſolventibus & ape-
rien-

rientibus diureticis humores stagnant evacuandi sunt, consolidatio tentand & quidem his Medicamentis.

No. 1. ℞. *Therebinth. Venet.* ℥ß.
Lac. vaccin. rec. ℔. j.
Vitell. ovor. No. I.
Sachar. Thom. ℥ß.
Otr. ♉t. ʒj.

M. F. l. a. Enema. D. c. Instrum. & vesic. S
Clyst er auff 1. mal wohl warm z applicieren / und im Fall der Not tåglich zu wiederhohlen.

Quod insolitum aliàs in virginibus remedi genus necessitas exigebat, suppositoriis sci licet incassum adhibitis; accedebat, ægro tæ sororem obstetricio munere fungi, opti mèque applicandi modum callere, quo pacto satis pudori consulebatur.

No. 2. ℞. ▽. *fl. Acac. fœnic.* ana ℥iß.
Pulv. Rad. Jalap. ℈j.
Arcan. dupl. Mynsicht. ℈ß.
Syr. d. Cichor. c. Rh. ℥ß.
♀. ♌. *Anis. gt.* ji.
M. D. S.
Purgier-Trånklein nach dem Clystier auff 1. mal zu nehmen.

No. 3.

No. 3. ℞. *Cremor. Aven.*
fl. Sambuc.
Sem. fœnugræc. ana *mp.* ij.
Gumm. Galb. Ammon. ana ℥ij.
M. D. S.

Erweichende und linderende Species mit Milch zu kochen / und öffters wohl warm über den Leib zu legen.

No. 4. ℞. *Rad. Vincetox.* ℥iß.
Fol. Myrt.
Summit. hyperic. ana *mp. j.*
Rhabarb. or. ʒiij.
Incis. coqv. c. ▽. *simpl. in diplomate. Colat. benè express.* ℞. ℔. *j. cui add.*
Syr. Capill. Vener. q. s. pro gratia.
M. F. Apozema. D. S.

Alle 3. Stunden 1. Weingläßlein warm zu nehmen.

No. 5. ℞. *Ocul.* ♋. *ppt.*
♁. *diaphor.* ♂*t.* ana ʒj.
Sperm. Cet. non rancid. ʒß.
M. D. S. In 3. part. æqv. D. S.

Jedesmahl 1. mit dem vorigen decocto zu nehmen.

Quibus usurpatis meliùs quidem paulò se habere videbatur, sed novam curam exposcebat suspicio Icteri, cui talia opponebantur bili emendandæ & educendæ accommodata.

No. 6. ℞. ▽. *petrosel. fragor. saxifrag.* ana ℥i.
Ⓣtr. *ppt.* ℈ij.
Sachar. tabulat. ℨiij.
℅. *Anis. gt.* iij.

M. D. S.

Mittags und Abends bey Schlafzeit 2 biß 3. Löffel zu nehmen.

No. 7. ℞. *Ocul.* ♋. *ppt.* ℨj.
♀r. *vitriolat.* ℨß.
℅. ♌. *Mac. gt.* iij.

M. F. Pulvis. div. in 3. æqv. D. S.

Alle Morgen 1. mit warmer Brüh zu nehmen.

CONSILIVM XXIX.

De

ERYSIPELATE PECTORIS.

VIR quidam Senex 70. annorum, Civis primarius Islebiensis cum per aliquot intervalla ardentissimos circa pectoris partem sinistram brachiumque ejusdem lateris persentisceret dolores, ratus pleuritidē notham affligere, diaphoreticum assumebat, sudoribus id mali, ex Consilio Medicinæ periti, depulsurus: Sed infelici

suc-

ucceſſu, quippe malum ingraveſcebat & ermè intolerabile reddebatur. Igitur rem d me deferendam putabat, cum petito, ut ɔſe accederem ſtatumq; morbi accuratiùs xplorarem. Accedens, intelligo hoc Symtoma ultrà tres jam affligere menſes, & uidem bis in die ac nocte, ſed incertis oris, adeò exacerbari, ut patiens præ dolore ſe vix continere poſſit. Quo percepto alia pronunciabam.

Islebiæ d. 1. *Septembris,* 1690.

RESPONSUM.

UT ſatisfiat deſiderio Domini ægrotantis, arbitror hoc malum eſſe ſpeiem Eryſipelatis, minimè verò pleuritis otha, à Sanguine bilioſo, acri, fervente ac ertis vicibus exæſtuante ortum, id quod ɔſa confeſſio ægri comprobat, quando diit, dolorem eſſe talem, qualis aliàs à ferro andente inferri ſoleat. Cum igitur famiares inſtarent meum expetere Auxilium, uctibus copioſis, urgentibus prium medeım quærere cogebar, quo fine ipſi propiavi ▽. benedict. Ruland. ℥j. ç. Syr. de ichor. Rhabarb. ʒij. Quam præter omnem ſpem feliciſſimus ſequebatur effetus; Namque ſaburra illa acri bilioſa per

vomi-

romitum exturbata dolores Paroxysma-
tes penitus evanescebant. Nihil ergo
reliquum erat, nisi ut indicationi præser-
vatoriæ satisfacerem, præmuniendo dia-
phoreticis aliquoties exhibitis, Dominum
ægrotantem contra insultus ulteriores.
Diaphoreticum erat tale.

℞. *Mixtur. simpl.* ℥j.
Bezoar. Buss. ℥j.
R. fl. papav. Rh. c. Clyss. ♉. *acidulat.* ℈j
Anodyn. gt. xv.
M. D. S.
Præservirende Schweiß-Tropffen / von
welchen Morgens mit Thee-Was-
ser/und Nachmittags 4. Uhr mit kal-
tem Bier 40. zu nehmen / und sich
darauff wohl zu bewegen.

CONSILIUM XXX.
De
SUBITANEA COECITATE ET SURDITATE.

MUlier quinquagenaria, hysterica, &
epilepticis insultibus frequentissi-
mè obnoxia, incidit in virium ingentem
imbecil-

mbecillitatem, & ſubitam, quod hor-
endum viſu & auditu erat, coecitatem,
ſurditatem, ſub quo ſtatu referebat,
i videri, utrique auri internæ & ambo.
s oculis quaſi appoſitum eſſe globum
veum prementem verſus partes prædi-
as, â quo omnis ſenſatio penitus inter-
eretur. Efflagitabat maritus in his an-
ſtiis fermè deſpondens animum, in ad-
tu tam mirando opem meam, ſi ad-
c reſtitutionis ſpes vel minima ſuper-
et. Islebiæ d. 5. Septembris. 1690.

RESPONSVM.

Ubitanea hæc cæcitas & ſurditas unam
eandemque agnoſcunt cauſam, vide-
t ſanguinem acidum viſcidum, flatu-
tum ſive cacochymiam acido-viſci-
n, quali omnes hyſtericæ & epilepti-
abundare, ſolent. Accedit cerebri
ue Syſtematis nervoſi inſignis debili-
, â frequentioribus convulſionibus
lepticis orta; unde facili negotio con-
gere poteſt, nervos opticos & audito-
s ab ejuſmodi materia in Cerebro ha-
nus congeſta comprimi, & aerem craſ-
n inſuper in meatu auditorio pariter

obstructo concludi ; id quod impræse[n]tiarum quoque factum esse , niveus gl[o]bus , de quo in relatione mentio fit , t[e]statur. Quod autem hæc Symptoma[ta] tam subitò invaluerint , dispositioni fl[a]tulentæ imputandum est , quæ alias quacunque causa occasionali exagitat[a] ejusmodi dramata ludere consuevit. Ita que revulsioni & discussioni materiæ ac[i]do-viscidæ insistendum erit , & quide[m] remediis externè & internè usurpandi[s] qualia sunt sequentia.

No. 1. ℞. *Extract.* Panchymagog. *Croll.* ℈ß.
Resin. Jalap.
☿r. *dulc.* ana gr. v.
⊖l. *volat. Succin.* gr. iij.
Extract. Colocynth. gr. ß.
M. F.c. R. *Castor.* Pilulæ, *N. XV. asperg*
pulv. Cinam. D. S.

Purgier-Pillen auff 1. mahl Morgen[s] zu nehmen / und in einer Stund[e] darauff etwas von warmer Brühe.

No. 2. ℞. Pulv. *sternutat. virid. N.* 3ß.
⊖. *alb.* gr. iij.
°o°. ♌. *majoran.* gr. j.

M. D. S

M. D. S.

[...]fters einer Erbse groß in die Nase zu ziehen.

No. 3. ℞. *Rad. Acor.*
Gentian.
Sem. Cyclam. ana ℨij.
Carvi.
fœnic. cubeb. ana ℨiß.
Herb. Serpill.
Fl. Chamom. Rom. ana mp. j.
Anthos. P. iij.
Incis. M. D. S.

Species in geringem Wein zu kochen in einem wohlverkleibten Topff / aus welchem der Dampff vermittelst eines Trichters in die Ohren gehen zu lassen / welches Morgens und Abends kan wiederholet / und die warmen Kräuter mit einem doppelten Tuch zugleich übergelegt werden.

[...]ibus Medicamentis intrà biduum bellè [...]tituebatur.

CONSILIUM XXXI.

De

[C]OLICA BILIOSA.

[J]uvenis 25. annorum, bonarum artium [s]tudiosus, privatæ liberorum informa-

tioni operam navans, constitutio
Cholericus, post aliquot crapulas inge
res incidit dolores Colicos lancinantes
cum æstu insigni conjunctos, & quide
in dextrô potissimum latere observabile
Cui sequentia profuerunt. Islebiæ d. 1
Septembris 1690.

RESPONSUM.

VItium enorme ab hoc Subjecto
diætâ commissum, prædictoru
cruciatuum causa, accumulavit excreme
ta viscida flatulenta acria, quibus & bi
porracea intestini coli fibrillis impact
simulque forsan in plexu nerveô Mesent
rii, stagnans commixta fuit, unde dolor
tensivi & convulsivi. Et quoniam alv
existit pertinax, ideoque Clystere emo
liente & carminativo dolores primum su
sopiendi, posteà cathartico interno h
mores acres eliminandi, denique bili p
stinus vigor restituendus. Quibus ind
cationibus quoque tali Medicamentoru
serie satisfiebat.

N. 1. ℞. *Spec. Carminativ.*
Emollient. ana mp. ij. *Coqv. c. s.*
▽. *font. Colat.*

℞. I

℞. ℔. j. *in qua dissolv.*
Electuar. lenitiv. Florenz. ℥v.
d. bacc. Laur. ʒij.
Coct. Aneth. ℥ß.
tr. ʒj.
M. F. Enema. D. c. requisit.

S. Abführend- und linderndes Clystier auff 1. mahl.

N. 2. ℞. *Pulv. Rad. Jalap. gr.* ix.
diagryd. gr. v.
Cremor. *r. gr.* vij.
Pulv. Hepat. rubr. gr. iij.
Nuc. Mosch. *gr.* j.

M. D. S.

[Ab]führend Pulver 7. Stunden nach dem Clystier mit ein wenig überschlagenem Bier zu nehmen.

N. 3. ℞. *Ol. absynth.* ʒj.

D. S.

[Tä]glich 1. Stunde vor dem Mittags-Essen 15. Gran mit einem Löffel guten Wein zu nehmen.

[Qu]ue sic optime, Deo sit Laus, con[val]uit.

CONSILIUM XXXII.

De

AMBLYOPIA.

VIr quidam quinquagenarius, po[st] exantlatam, febrem ardentem co[n]tinuam, corripiebatur ingenti visus d[e]cremento, adeo, ut nec homines cœter[o]quin notos â se invicem, nec sexum di[s]cernere posset. Huic conquerenti [e]tanti mali causam sciscitanti, præmiss[a] quoad originem ejus exploratione sequen[tia] tia profuerunt. Islebiæ d. 18. Septembri[s] 1690.

RESPONSUM.

NUllum est dubium, quin ista dimi[-]nutio visus vel â consumptione ve[l] inspissatione humoris oculorum aquei pro[-]venerit, accumulatis simul circà nervo[s] opticos visciditatibus ex lymphæ ab ardo[-]re febrili coagulatæ particulis gelatinosis, nutriendo aliàs humori aqueo inservien[-]tibus. Hinc commoventibus, resolven[-]tibus Cephalicis, atque attenuantibu[s] in- & externis curatio erit adornanda Videlicet.

No. 1. ℞. ▽. *benedict. Ruland.* ℥ß.
fœnic. ℥j.
Syr. Emet. Angel. Sal. ʒij.

M. D. S.

Brech-Säfftlein auff einmahl.

No. 2. ℞. *Decoct. fœnic.* ℔ j.
Sachar. clarif. ℥ß.

D. S.

[M]orgens und Nachmittags 4. Uhr 1. Wein-Glaß warm zu nehmen.

No. 3. ℞. *Pulv. Euphras. Rut. Chelidon. verben. fœnic. Anis.* ana ʒij.
Coriandr. ʒj.
Fl. bugloss. borrag. rosar. viol ana P. ß.
Fol. Meliss. Citrat. ℈j.
Majoran. ʒß.
Sachar. rosat. tabulat. ℥ij.

M. D. S.

[A]ugen-stärckend Pulver / von welchem nach dem Mittags-Essen / und Abends bey Schlaff-Zeit 2. starcke Messerspitzen zu nehmen.

[H]oc per octiduum continuato exhibui

Pilulas purgantes, tum decoctum prius & pulverem iterum usurpare jussi, una cum collyrio *Sapphyrino* meo, & intra 14. dies pulcerrimè convaluit.

No. 4. ℞. *M.* Pil. ☿*rear. Quercetan d. Succin Crat.* ana ℈ß.
Resin. Jalap. gr. iij.
☿*r.* ⊕*lat.* gr. v.
M. *F. c. Essent. succin. Pilulæ. No. XV asperg. pulv. liquirit. D. S.*

Purgierenee Haupt-Pillen auff 1. mahl.

No. 5. ℞. ▽. *Saphyrin. N.* ℥ij.
Sachar. canth. alb. ps. ℥j.

M. D. S.
Zertheilend Augen-Wasser / worvon Morgens und Abends etliche Tropffen wohl umgerüttelt in die Augen fallen zu lassen.

Descriptio ▽. *Sapphyrinæ.*

℞. ▽. *Chelidon. maj. per fermentat. ex tot. herb. parat.* ℔.j.
Fl. Cyan. ℔. ß.

Has aquas superfunde Calci vivæ recenter è furno extractæ, posteà filtratis add. Phle-

Phlegmat. urin. c. ⊕l. alb. ℞. ℥iv.
⊖l. ✱ci. depurat. ℥ß.

M. & infund patinæ aurichalcinæ; repon. in loc. frig. ſæpiùs agitando donec perfectè tingatur, quod ſpatio aliquot menſium obtinebis, Filtr. & ſerv.

CONSILIVM XXXIII.
De
STRANGURII.

METallicus 24. annorum poſt febrim tertianam intermittentem corripi-
[tu]r vehementi ardore & difficultate uri-
[n]æ inter mingendum, quos cruciatus per 3.
[se]ptimanas perpeſſos cum ulterius ferre
[n]on poſſet, cumprimis ſodalibus ipſius ve-
[n]erei quippiam ſubeſſe criminantibus,
[m]eum expetebat Auxilium, quod juxtà
[h]as indicationes inſtituebatur.

Islebiæ d. 20. Septembris, 1690.

RESPONSUM.

DElineatum affectum ab acido ſalſo ſphincterem veſicæ continuò exſti-
[m]ulante atque ſimul conſtringente prove-
[ni]re arbitror, ex quo fit, ut ille convulſivi

quid patiatur, atque ejusmodi molestiam inferat. Et quia tales ruditates acido acres febri tertianâ decumbentibus plus minùs familiares sunt, quæ postmodum sub declinationem per motum criticum quandoq; ad vesicam ablegantur, quemadmodum in præsenti subjecto patet, utique negandum erit hunc affectum esse eum, quem Galli Chaudepisse nuncupare solent. Itaq; ut naturæ, crisin quidem, sed imperfectam molienti, succurratur, annitendum est, & quidem per Medicamenta diuretica, & simul acrimoniam temperantia, ut & Antispasmodica externa. Quòd verò ut feliciùs succedat cruditates in primis viis adhuc nidulantes, priùs evacuandas existimo. Videlicet

No. 1. ℞. ▽. *benedict. Ruland.* ℥j.
fœnic. ℥iß.
Syr. *d. Cichor. c. Rhabarb.* ʒii.
M. D. S.
Brech-Säfftlein auff einmal.

No. 2. ℞. *Terebinth. Venet.* ▽. *petrosel. lot.* ʒii.
Succ. Liquirit. Hispan. ʒiß.
Troch. d. Thur.
bacc. Alkekeng. ana ℈ii.
Syr. *Viol. q. s. ad consistent.*
M. F. Pi-

M. F. Pilulæ magnitudine pisi, D. S.
Alle Morgen 7. zu nehmen/und ein wenig Haber-Grütz-Brühe darauff zu trincken.

No. 3. ℞. *Rad. Glycyrrhiz.* ℥j.
sarſ. parill. ℥ß.
Cichor. ʒij.
Fl. Chamom. Rom. mp. ij.
Sem. Aniſ. fœnic. ana ʒj.
Sem. papav. alb. ana ℥ß.
Hort. mund.

Inciſ. & contuſ. coqv. in ſ. q. ▽ *font.* ℞. ℔. *j. cui add.*
Mell. roſat. ℥iij. *Clariſ. decoct. c. album. ov. D. S.*

Nachmittag 4. Uhr / und Abends bey Schlaffzeit 1. Weinglaß etwas warm zu nehmen.

No. 4. ℞. *Herb. Veron. Parietar. Meliloth. Chærefol.* ana *mp.* ij.
Fl. Chamom. Sylveſtr. mp. j.
Sem. lin. ℥ij.
bacc. Juniper. ℥j.

Inciſ. & contuſ. M. D. S.
Species zum Kräuter-Bade / welches Nachmittag 4. Uhr täglich angestellet werden kan.

No. 5.

No. 5. ℞. *o°o. amygd. dulc.* ℥iv. D. S.
Linderndes Oel äusserlich warm zuge-brauchen/ (nempe inungatur eo, præsertim post balneum, aliquoties de die regio pubis.)

Quoad diætam, victus ratio sit modica & temperata, constans ex jusculis avenaceis, hordeacis, & Cannabinis cùm lacte paratis, quibus interponantur ova sorbilia & oryza: Potus sit decoctum hordei cum sarsa parilla, liquiritia, passulis & Cinamomô paratum, & quidem tepidum: Omnia salsa, acida, acria, & cruda, quæ inter fructus horarios numeramus, removeantur. Quâ Methodô diligenter observata à Symptomate hoc perquam molesto etiam liberabatur.

CONSILIUM XXXIV.

De VULNERATIONE INGVINIS.

FAber lignarius urbis Heckstädt incola 26. annorum Vir, in pago proximo vulnus punctim factum accipit, in femoris dextri parte superiore externa, usque ad pectinis principium penetrans, quo Musculi

cruralis

cruralis vena ab Iliaco ramo oriunda cum musculo tibiam flectente, insigniter lædebatur, & quidem eò periculosius, quia gladius fuerat hebetior, ipseque vulneratus in ipso vulnerationis actu, & ferro jamjam femori intruso se circumverterat, quo pacto prædictæ partes simul dilacerabantur. Statim subsequebatur hæmorrhagia ingens, quam Chirurgus accersitus perquam difficulter sistere poterat: Sedatâ tamen ad nonum usque diem cessabat quo iterum vehementi impetu sanguis prosiluit, qui & cùm temporis magno labore coërcitus, 14. die iterum erumpere visus est. Sedatus & hac vice, ibidemque, inguen versus, pectinem atque coxendicis regionem, putrefactus, cuniculos agebat, magno cum Patientis vitæ discrimine. De quo autem Chirurgus parum sollicitus, propinavit saltem potiones suas vulnerarias, cum ♂ diaphor.: Sed cum parum emolumenti appareret, imò summa prostratio virium, cum totius corporis marcore & tabe adesset, tandem, ex Consilio Avi mei venerandi p. m., res ad me perferebatur, cum petito, ut vulneratum visitare, & saluti ipsius prospicere haud gravarer. Accersitus igitur 9. à vulneratione septimana, bonum Vi-

rum

rum totum macie consumptum, continui lipothymiis obnoxium, pedem inferiùs tumefactum, totum autem femur Emplastro oxycroceo involutum deprehendebam quod Chirurgus præsens ob tabem femoris se applicuisse dicebat. Ego consideratis omnibus sequentia magis proficua duxi.

Heckstädt d. 25. Septembris. 1560.

RESPONSUM.

QUia tabes ista in vulnerato non particularis, sed universalis existit, neque ab obstructis nervis & arteriis, sed à nimio sanguinis profluvio, Spirituum alimentique defectu provenit, quod omne in materiam purulentam convertitur, Emplastrum illud, quod in tali statu minimè indicatur, removendum censeo: Cujus vicem suppleat decoctum vulnerarium, quo vulnus sive potiùs ulcus fistulosum diligenter eluatur, mundetur, imò linteis duplicatis excepto calidè semper locus affectus foveatur. Nec vana fuit hæc curandi Methodus, quippe eadem obtinebatur, ut viribus paululum collectis, in domum suam deportari potuerit. Sed hic fatale sibi experiebatur dictum illud vulneratus: *Principiis obstà, serò medicina paratur*; Quippe marasmo viriumque

ue prostratione in dies auctis, lenta de-
ium morte obiit.

CONSILIUM XXXV.

De

MENSIUM OB-STRUCTIONE.

MUlier quædam 36. annorum Metallici ex primis uxor, habitu corporis racili & colore faciei rubicundô, conqueitur de obstructione mensium, dolore oricii ventriculi intensissimo omniumque rtuum vermiculante, lassitudine totius orporis, atqne imaginationibus Melanholicis, unde etiam suspicabantur familiaes, eam laborare melancholia idiopathia, cui etiam hactenus varia Medicamenta, d incassum opposuerant, non attendentes nensium stagnationem, quam ab aliqua npraegnatione provenire putabant. Tanem ego in Consilium vocatus, sequentia ommendabam. Islebiæ d. 3. Octobris, 690.

RESPONSVM.

NEque Symptomata l, nec urina suspicioni impraegnationis favent: Nulla autem

autem ratione Melancholia Idiopatica in hoc Subjecto est statuenda, licet Sympathicam, nempe hystericam subesse non negaverim: Scilicet mensibus obstructis sanguis ad superiora regurgitat, in reliquis membris ac visceribus redundat, unde convulsiones orificii ventriculi, artuum dolores & Phantasiæ vitia à particulis limosis in sanguine diutiùs stagnante existentibus & ab utero pariter subministratis originem duxere; itaque cumprimis curandum est, ut pristina mensibus reseretur porta, atque posteà Cacochymiæ acido-pituitosæ corrigendæ satisfiat, interpositis & continuatis post fluxus menstrui reditum quoque roborantibus hystericis specificis.

Medicamenta sunt sequentia.

No. 1. ℞. R. ♂t. *Cydoniat.* ʒij.
∽. ⊖l. *✱ci. sassafrat.*
Liqv. ▽. *fol.* ♀r. ana ʒj.

M. D. S.

Eröffnende Tropffen/ von welchen Morgens und Mittags 4. Uhr 50. mit Kerbel-Wasser zu nehmen/ und sich darauff so viel möglich/ zu bewegen.

No. 2

No. 2. ℞. *Rad. Angelic, levistic. Cithor. hort.* ana ℥ß.
Rhabarb. or. ʒv.
Helleb. nigr. ʒiij.
Herb. Meliss. M*atricar.*
Fl. Acac. ana mp. j.
Fol. s. s. s.
Cort. ☉.
Sem. Anis. ana ʒj.
Croc. ♂*t. c. salib.* ʒij.
Incis. & contus. M. D.

Laxierende Mutter-Species in 3. Nösel guten Francken Wein / vermittelst 1. Säckleins zu hängen / worvon alle Morgen und Abend bey Schlaff-zeit 1. Wein-Gläßlein zu nehmen.

No. ℞. 3. Resin. *Scammon.* ℈ß.
☿r. ♁*lat.*
♁. *diaph.* ana gr. vij.
M. F. c. Syr. rosar. solutiv. Pilulæ. N. XV.
D. S.

urgier-Pillen den Tag vor der gewöhnlichen Reinigung auf einmahl zu nehmen.

ibus satis vehementer purgata menses die feliciter redierunt, ita ut V. superlere poteramus.

No. 4. ℞. *Rad. Angelic.*

diptamn. alb. Ireos. fl. ana ℥ij.
Zedoar.
Sem. Anis.
Cort. Citr. Winter ana ℥j.
Fol. Meliss. ror. mar. ana mp. ß.
Croc. ♂t. Sacharin. ʒß.
Sachar. albiss. ad pond. omnium.
M. F. *Tragea. D. S.*

Allezeit nach dem Essen 2. Messerspitz bloß oder mit gebäheten und mit g[…] ten Wein befeuchtetem Brod zu ne[…] men.

No. 5. ℞. ∽. ⊖*l. optimè rectif.* ʒij.
Elix. propr. s. acid. ʒij.

M. D. S.

15. Tropffen mit ein wenig Bier jede[…] mahl vor dem Mittags-Essen zu ne[…] men.

Contrà tristitiam Melancholicam, q[…] sublatis reliquis Symptomatibus, adh[…] urgebat, ordinavi.

No. 6. ℞. *Essent. fl. hyperic.* ℥ß.
℞. *Corall. c.* ∽. *Cord., Cerv.* ʒij.
☍. ♌. *Meliss.* gt. j.

M. D

M. D. S.

ăglich 2. mahl 50. Tropffen mit Bier oder warmer Brühe zu nehmen.

CONSILIUM XXXVI.

De

EBRI TERTIANA NOTHA.

A Dolescens 22. annorum, habitu corporis graciliore, pilisque nigris crispis abundante, prædiтus, verbo ns minus Melancholicus, subitò corri-batur rigore horrido, sed tolerabili, iam horarum, quem sequebatur sensim ısimque calor in principiô pariter lenior, i tandem acrior reddebatur, magni erant dolores capitis, & sitis sub hor-e maxima, qui sub calore minueba-, quæ Symptomata per horas 16. af-ebant, postmodum verò per 32. horas iens ab iisdem liberatur, ut & â vigi-, deliquiis animi atque deliriis: Paro-mus ordinariè in multum desinebat lorem, quem excipiebat urina rubra crassa, quæ tamen in hypocausto cir-meridiem turbida fiebat cúm sedimen-rasso. Cujus Prognosticon ex Galeno

10. *M. M.* 6. non mortem, sed morbi diu-
turnitatem denotare edixi. Morbus in-
terim ultrà 7. septimanam protractus i
periculosissimam, ad opinionem adstantium
colicam tandem transiit, 24. horas ferè du-
rantem, & acriter sævientem, quæ ta-
men, una cum ipsa febre sequentibus
remediis cedebat. Islebiæ d. 5. Octobris
1690.

RESPONSVM.

EX relatione constat, hunc Adole-
scentem laborare febri tertiana notha,
à cruditate porracea in ventriculo & Me-
senterio hærente, quam cum natura per
motum criticum eliminare studet, & ve-
rò in hoc molimine deficit, materia pec-
cans, quæ in hoc morbo cumprimis per
alvum, & interdum per sudorem quo-
que alias evacuatur, in Mesenterio & in-
testinis stagnat, atque imperfectam, cri-
sin constituit, unde salutaris hic naturæ
motus terrere ægrotantem minime debet,
quin potius illum omni modo promovere
conveniet. Igitur suadebam ut statim
umbilico applicaretur Balsamus apoplecti-
cus, & venter fascia latiore ligaretur, dein-
de

le internè ordinavi potiunculam carmi-
iativam calidè ſorbendam, quam ſudor
argiſſimus inſequebatur, atque omni-
noda reconvaleſcentia. Medicamenta
rant ſequentia.

No. 1. ℞. ℴℴ. *Nuc. Moſchat. expreſſ.* ℥ß.
Benzoes Styrac. calam. Ladan. ana
gr. xvj.
Moſch. ℈ß.
Ambr. Gryſ. gr. v.
ℴℴ ♌. *Cariophyll.*
Nuc. Moſchat.
Cinam.
Mac. rut. ror. mar.
Lavendul. ana ℈ß.
M. *F. l. a. Balſ.*

D. S.

Schlag-Balſam.

No. 2. ℞. *Scorzon. Puleg.* ana ℥iß.
Syr. dialth. Fernel. ℥j.
ℴℴ. ♌. *Cumin. Aniſ.* ana gt. ij.
Orantiar. gt. iij.

M. D. S.

inderno Tränklein auf einmahl.

CONSILIVM XXXVII.

De

TUSSI HVMIDA.

VIr Cl. Gymnasii Islebiensis Con-Re-ctor, temperamenti Sanguinei ab urbe proxima Artern, Illustrissimi Comitis Mansfeldiæ sede, ubi in Aula concionatus fuerat. Islebiam rediturus, summò manè parat iter, aere nebuloso humido & frigido, quemadmodum Autumnali tempore esse solet, existente. Cum verò ob festinationem exiret jejunus, nec pallio munitus, aeremque nebulosum per respirationem magis concitatam, affatim hauriret, post reditum affligebatur tussi humida, cum anxietate & dolore pectoris. Quod Vir Cl. ægrè ferens, quippe aliàs querelis ejusmodi minimè assuetus, pancraticè enim à puero valuerat, meum exoptabat Consilium. Islebiæ d. 5. Octobris. 1690.

RESPONSUM.

TUssis epidemia sive catarrhalis est quocum Tua Cl. conflictatur, non quidem â causa interna, sive humorum

vitio

itio proprio, ſed potius â cauſa externa, ëris nempe conſtitutione antecedenter ependens, quæ effecit, ut lympha in ſuo otu circulari ſufflaminata intrà pulmoum bronchia reſtagnaverit & qualemunque acrimoniam contraxerit, unde uſſis humida orta eſt. Pariter *S*anguinis uoque motus, ob copiam particularum roſarum, quadantenus retardatus fuit, t ſic per ramos arteriæ axillaris in externa horacis ſpatia, atque externos Muſculos rofluens, ibidem ſubſiſtere videtur, & uidem in ramos Venæ axillaris receptus, uod facilimè in plethoricis fieri conſueit. Atque â tali lento *S*anguinis in thoace motu, anxietatem & dolorem gravatium, de quo Tua Cl. conqueritur, derio, imò à Vero non abludit, in ventriculo uandam ſimul exiſtere ſaburram, ab inauta aëris nebuloſi inſpiratione ſubminiratam, eo magis, quod Tua Cl. per toum Vitæ ſpatium nunquam fuit purgata. gitur, ut confido, ſequentia egregiè proerunt.

No. 1. ℞. *Aloës. Violat.*
Cr. ♁ *lat.* ana ℈ß.
☿. *diaph. indulc.* gr. v.

M.F. c.liqv. ☲.fol. ♀r.Pilulæ. No.XV.in-volv.pulv.Cinam. D.S.

Gelinde abführende Pillen / 1. Stunde vor der Abend-Mahlzeit zu nehmen.

Purgatione factâ secetur basilica in brachio dextro, deinde hoc decoctum pectorale paretur.

No. 2. ℞. *Rad. petrosel. Glycyrrhiz.* ana ℥ß.
Herb. Salv. Marrub. ana mp. *j.*
Hyssop. mp. ß.
Sem. Fœnic. urtic. ana ʒ*j.*

Concis. & contus. Coqv. in cucurbitâ c. Alembico, cui Recipiens adaptandum, & quidem in B. M. Fiat destillatio, destillatum reaffund. speciebus, & Col. Hujus Colat.

℞. ℔. iß. *add.*
Syr. d. hispidul.
jujub. ana ℥ij.
M. *D. ad vitrum.* S.

Brust-Tranck / von welchem täglich 2. mahl 1. Wein-Glaß warm zu nehmen.

CON-

CONSILIVM XXXIIX.

De

SCABIE HUMIDA.

A Dolescens 20. annorum, Sanguineo-Phlegmaticus, post commissos fre-
ientes in diæta errores corripitur sudore
dum fœtido, scabie humida, Ingenii
rpore & tarditate ingenti, cumprimis ipsi
olesta sunt manuum pedumque exanthe-
ataichorosa, quæ pruritum continuum
usantur, & copiosam saniem fundunt.
i præmisso Prognostico talia ordinavi.
dslebiæ d. 7. Octobris, 1690.

RESPONSUM.

NUllum est dubium, quod temperies
Sanguineo-Phlegmatica in intempe-
m viscidam acrē hic degeneraverit, dum
opioso potu, & frequentibus fortè com-
tationibus nocturnis viscerum digesto-
rum tonus admodùm debilitatus, loco
ticularum sulphureo-oleosarum, pitui-
as & serosas Sanguini suppeditavit; Ex
o ille seosor factus est. Quod serum ex-
vasorum sanguiferorum ambitum
ositum, in glandulis spatiolisque sub-

çutaneis ſtagnans, putredinem concepit, & in exulcerationes ejusmodi fœdas, ſufflaminatâ ſcilicet penitus transſpiratione, abiit, unde pedes fœteant, & cuticula exulceretur oportet: Imò quia Spiritus animales conſtitutionem M.S. referunt, iisdem inquinatis, obfuſcatis, vel etiam parcius elaboratis, torpor & Ingenii tarditas ſubſequi debet. Siquidem humiditas nimia Intellectum impedit, animus autem prudens in ſicco Spiritu reſidere ſolet: Unde Heraclitus olim dixiſſe ſcribitur: *Animam ſiccã ſapientiam eſſe.* Et ſanè niſi affectui huic maturè occurratur verendum eſt, ne accumulatis quotidiè cruditatibus, intolerabilis demum pedũ fœtor, ſcabies fœda humida, ſtuporq; Ingeni, ipreſſo pede ſequantur. Igitur ſuadeo, ut totum corpus convenienter purgetur, & vitioſi humores ex primis viis deturbentur, quo Chylum laudabilem imposterum Sanguini ſuppeditare poſſint. Deinde M. S. depuretur, ac viſcera digeſtoria roborentur. Porrò cutis abſtergatur, & ſuperflua ſeroſa materia diſcutiatur. Tandem Cerebro quoque, humiditates nimias abſumendo, Medicina paretur, ut memoria iterũ, ſicut anteà, vigere incipiat. Ad quod obtinendum talia Medicamenta præſcripſi.

No. 1.

No. 1. ℞. Rad. Polypod. Glycyrrhiz. ana ℥ß.
Cichor. ℥vj.
Herb. fumar. mp. j.
Agrimon. Scoplopendr. ana mp. ß.
Fol. ſ. ſ. ſ. ℥j.
Qr. albiſſ. ℥ij.
Sem. Aniſ. fœnic.
Galang. Cinam. ana ℥ß.
Caricar. pingv. No. V.
Paſſul. min. ℥ij.
Coq. in ſ. q. ▽. font. Colat. ℞. ℥xv.
Clarif. album. ov. add.
⁓. ⊖l. rectif. gt. xx. D. S.

Laxier-Tranck / von welchem Morgens und Abends 1. Weinglaß warm zu nehmen.

No. 2. ℞. Roob. Sambuc. ℥ß.
Mitridat. ℥ß.
▽. fumar. Veron. ana ℥j.
⁓. ⊖l. rect. gt. v. j.
M. F. hauſtus. D. S.

Schweiß-Tränckleín auf 1. mal zu nehmen / und in der warmen Stube dem Schweiß abzuwarten.

Sudoribus benè promanantibus inſeſſus fiat ex Lapathô, Peucedanô, Radicibus ſcecos fl. urticæ, malvæ cum toto, Hellebori nigri, helenii, atque furfuribus; poſt balneum hoc unguentum adhibeatur.

No. 3.

No. 3. ℞. *Pulv. Rad. Lapath. acut.*
helen.
Symph.
bryon. ana ℥iß.
Zinziber. ℨj.
Aristol. rotund. ana ℨß.
bacc. laur.
Flor. Lactis. q. s. Stent. infusa per noctem postea coqu. ad spissitudinem modicam D. in fictili. S.

Abstergirend-Sälblein / wie bewust/ zu gebrauchen.

No. 4. ℞. 🜄. *Mastichin.* ℈ij.
🜄. *Ol. dulc. gt.* xv.
Essent. diagalang.
Absynth. comp. ana ℨj.
M. D. S.

Allezeit bey Tisch 50. Tropffen mit Bier zu nehmen.

No. 6. ℞. *Conserv. Meliss.*
Fl. Anth. Tunic.
Condit. rad. Cichor.
Nuc. Moschat.
Zinziber. ana ℥ß.
Spec. diarrhod. Abbat.
diambr.
Succin. alb. ppt. ana ℨj.
Syr. fl. Tunic. d. Cinam. ana ℥j.
🜄 *rosar. q. s. M. F. conditum molle. D. S.*

Haupt-

[H]aupt-Stärckung Morgens und A-
bends einer Welsche Nuß groß zu
nehmen.

In diæta exulent Cibi saliti nimiumque
[ar]omatisati, Pipere scilicet & Zingibere,
[Fer]cula & embammata valdè pinguia, præ-
[te]r butyrum, quo tutò vesci licet; Cibi ex
[la]cte laudantur, Ova, Cerasa, prunaque sic-
[ca]ta, & cocta, carnes omnes animalium,
[ju]niorum, ut & pisces saxatiles. Omni
[m]anè, si libuerit Cyathum unum seri La-
[ct]is Caprilli, & æqualem portionem semi-
[h]orâ ante Cœnam bibere poterit. Atque
[hi]s monitis sedulò observatis paucos post
[m]enses pristinam sanitatem recuperavit.

CONSILIUM XXXIX.

De

SCABIE FOEDA.

Adolescens 17. annorum, Gymnasii
Islebiensis Alumnus, Constitutione
[M]elancholicus, laborabat scabie fœda &
[di]uturna, cum pustulus acutis, siccioribus
[d]olorificis stipata, quæ usurpatis licet multis
[re]mediis, tamen cedere noluit, cui sequen-
[tia] brevi tempore & cum successu optato
[pr]ofuerunt. Islebiæ d. 9. Octobris, 1690.

RESPON-

RESPONSUM.

LYmpha acris & plùs minùs fluida causam prædictæ scabiei fovens, remedia in- & externa corrigentia, lenientia & abstergentia exposcit, imò cum ob diuturnitatem mali & ipsam intemperiem Melancholicam haud levis suspicio est, cacochymiæ acido-serosæ, & hinc ortæ cruditatis primarum viarum, evacuantia quoque conducibilia esse poterunt. Hinc

No. 1. ℞. ▽. *benedict. Ruland.* ℥ß.
Fl. Acac. ʒiß.
M. D. S.

Brech-Wasser auff 1. mal. Qua satis efficaciter ἄνω καὶ κάτω purgabatur.

No. 2. ℞. *Rad. Lapad. acut. Polypod. Cichor. Helen. Glycyrhiz.* ana ʒj.
Rhabarb. Monach. Rhapont. ver. ana ʒvj.
Herb. fumar. scabios. absynth. Card. benedict. Agrimon. Mercurial. Endiv. lupul. ana *mp.* j.
Fl. 4. *Cordial.* ana *P.* j.
Fol. s. s. s. ʒiß.
Sem. Cartham. ℥ß.
Anis. fœnic. ana ʒij.
Fic. Pingv. No. VII.
Passul. min.
maj. ana ʒvj.

Incis.

cis. & contus. Coqu. c. ser. lact. caprin. recent. fact. q. s. Colat. ℔. ijß. *cui add.*

Syr. rosar. solutiv.
d. Cichor. c. Rhabarb.
fumar. ana ℥ß.
Cremor. ♀*r.* ℥ij.
Julap. rosar. ℥v.

M. & clarif. c. album. ov. D. S.

Blut-reinigender Laxier-Tranck auf 5. Morgen. Vel loco Syruporum add.

Mell. rosat. ℥iij.
Cinam. pl. ℨij.

t si ab hoc Apozemate Corpus nondum ufficienter purgatum videtur, tale purgans ccedat.

No. 3. ℞. *Pulv. Rad. Jalap.* ℈j.
diagryd. ♀*rat.*
♁. ♂. ana *gr.* vij.

M. D. S.

Purgier-Pulver auff 1. mahl mit Bier oder Fenchel-Wasser Morgens zu nehmen.

No. 4. ℞. *Ras. L. Guajac.* ℨiij.
Sassafras.
Rad. Chin. ana ℥j.
Helen. ℥ß.
Cort. L. Sanct. ℨij.
Herb. agrimon. fuma. scabios.
Veron. ana *mp. j.*

Incis.

Incis. macerentur per noctem in ▽. font
Mensur. iv. manè coqv. ad part. dimid.
Colat. add.
Elæosachar. Cinam. q. s. ad
gratiam. D. S.

Den 3. Tag nach der Purgation diesen Tranck anzufangen / und damit 5. Tåge/ Morgens und Mittags 4. Uhr anzuhalten.

Usurpatô hoc decoctô per biduum quievit à Medicamentorum alterantium assumptione, & tali Electuario confortante interea utebatur.

No. 5. ℞. *Conserv. rosar. rubr.*
fumar. bugloss.
Condit. Rad. Cichor. ana ℥j.
Pulp. passul.
Tamar. Ind. ana ʒß.
Spec. diatrion. Santal. ʒj.
Syr. fragor. ℥j.

M. F. Electuarium. D. S.

Stårck- und linderender Zucker / von welchem Morgens und Abends 2. starcke Messerspitzen zu nehmen.

Biduo elapso pro cutis abstersione hoc balneum instituebatur.

No. 6.

No. 6. ℞. *Rad. bryon.* Lapath. *acut.*
Cort. Rad. frangul.
Median. L. *Quercin.*
Herb. Mercurial. fumar. ſcabioſ. Malv.
Centur. min.
Fol. Querc. ſalic. heder. ana mp. iij.
Summitat. Melilot,
Fl. Chamom. ana mp. iß.
Gypſ. uſt. ℔. ß.
♁r. *viv.* ℥viij.
⊖*l. commun.* ℥iv.
Inciſ. & contuſ. M. D. S.
ecies zum Bade mit Fluß-Wasser abzukochen / und innerhalb 8. Tagen 2. mahl hierinne zu baden.

No. 7. ℞. *Succ.* Lapath. *acut. helen.* plantag.
Solan. ana ℥ß.
Acet. ℥iij.
☍. *coct. roſar. violar.* ana ℥j.
Butyr. rec. non ſalit. ℥v.
Ceruſſ. ℥iß.
Lithargyr. ℥ij.
Fl. ♁*r.* ℈ij.
Terebinth.
cer. ana ℥iij.
M. F. Linimentum lentô igne.

D. S.

ilend- und kühlende Salbe / welche ſonderlich nach dem Bade / und beſchehener

schehener Abtrucknung des Leibes zu gebrauchen.

Sed melius tulit unguentum ex aceto lithargyrii, quo & sæpius utebatur. Hac curatione bellè quidem se habere cœpit, sed paulò post recidivam passus, methodum prædictam repetere coactus est, ubi cum sedulo abstineret ab omni repletione, â cibis salsis, fumô & muria induratis, nimiumque aromatisatis, elapso 3. Mensium spatio, perbellè sanatus est.

CONSILIUM XL.

De

SPASMO FLATULENTO MIRANDO

Civis suburbanus 40. annorum Vir, constitutione Cholericus, post crapulam ex Cerevisia notissima Krappel an der Wand / incidit in Choleram humidam, qua ἄνω καὶ κάτω multa enormiter excernebat, subsequentibus validum illum humorum orgasmum, & partium corporis internarum convulsionem vehementem, puncturis dolorificis circà regionem hepatis, cum ingenti calore, virium-

iriumque prostratione summa. Præ-
ereà in suris, in ipso ventre sive mediô
nusculi gasterocnemii interni, utriusque
biæ, mirandum patiebatur spasmum
atulentum inflammatorium, ita ut ali-
uis jurasset, cum in exacerbatione erat,
per intervalla enim singulis horæ quadran-
bus revertebatur) catulum aut glirem
ivum ibidem delitescere, & se commo-
endo & circumvolutando exitum moliri.
Iuic ab Empirico porrigebantur Cario-
hylli conditi, ut arbitror, contrà sum-
nam virium prostrationem, tanquam
ordialealiàs non contemnendum. Ve-
um deficiente impræsentiarum indicatio-
e, infelicem sortiebatur eventum, quip-
e igni addebat, & dolor atq; prostratio vi-
um, immane quantum, ab hoc reme-
ii genere augebantur. Ego accersitus
b maximis ægroti angustiis, tali me-
hodo horrendum hunc affectum intrà
iduum profligavi. Islebiæ 11. Octo-
ris 1690.

RESPONSVM.

QUia Spasmus hic insolitus dependet
ab acrimonia lymphæ flatulentæ inci-
entis inter spatia fibrosa & musculosa, ex
N 2 quibus

quibus citò sive per vasa lymphatica, sive venosa remeare nequit, curatio calidioribus aromaticis suscepta, omninò inconveniens existit, quæ potius, ut & totius morbi, moderatè refrigerantibus, & simul adstringentibus indiget, atque externis roborantibus & discutientibus anticatarrhalibus specificis. Quod verò dolor iste non sit continuus, sed ad horæ quadrantem ordinariè acquiescat, argumento est, causam hujus mali cum sanguine arterioso defluere ad prædictas partes, qui sub tali temporis mensura reditum ad partes denuò parare solet, unde ad quemvis accessum Sanguinis novum nova exacerbatio doloris oritur. Itaque sequentia usurpanda censeo.

No. 1. ℞. *Sem. Cucurb.*
papav. alb, ana ʒjj.
Amygd. dulc. ℥ß.
F. l. a. c.
▽. *tormentill.*
fol. querc. ana ℥iß.
menth. s. Vin.
rosar. ana ℥j.
▽. *fœnic.*
Cinam. borrag. ana ℥ß.
Emulsio. cui add.
C. C. usti. ppt.

Corall.

Corall. rubr. ppt.
Antihect. Poter. ana ℨß.
Sacchar. tabulat. q. s. pro gratia.

M. D. S.

Stündlich wohlgerüttelt 1. Wein-Gläßlein zu nehmen.

No. 2. ℞. ℞. *Bezoard. Michaël.*
Corall. c. ~ *Cord. Cerv.* ana ℨiß.
Anodyn. Langelot. ℨß.

M. D. S.

Morgens und Mittags 4. Uhr zwischen der Milch 40. Tropffen mit Fenchel-Wasser zu nehmen.

No. 3. ℞. *Pulv. gran. Mastich.* gr. xv.
Bol. Arm. ppt. ℈ß.
Fl. ⊖*l. Ammon.* ♂*t.*
Laud. opiat. ana gr. v.
○○. *express. Nuc.* Mo*schat.* gr. iij.
M. *F. c. Essent. succin. Pilulæ.* No. vij.

D. S.

Anhaltende Pillen / von welchen alle 7. Stunden / und zwar nur die Nacht hindurch 1. zu nehmen.

No. 4. ℞. *Gumm. Tacamahac.*

Carann. ana ℥ß.

Diſſolv. igne lent. c. Vin. ſolut. add. The-
rebinth. tantill. q. ſ. ad conſiſtent.

Emplaſtri benè adhærent. cuti.

D. S.

Zertheilend und Schmertz-lindernt
Pflaſter / worvon etwas auf ein
ſtück Leder zu ſtreichen und warm
über die Waden zu legen.

CONSILIVM XLI.

De

ULCERE SINVOSO.

Miles præſidiarius 30. circiter anno-
rum, ulcere ſinuoſo in ſpina dorſi
circà vertebram 22. ſive circà Renum re-
gionem, ampliato & latô laborat, cui ne-
glectim habito primum ipſe Emplaſtra ſu-
perimpoſuit: Verum cum pertinax
omnem ſanationem reſpueret, vetulam
adhibuit, quæ variis decoctis & fomen-
tationibus ulcus adeò furibundum affecit,
ut non tantum inflammatio ingens cum
febri ardente continuâ ſuperveniret, ſed
& ulcus cuniculos admodum multos, eos-
que

ue profundos ageret, propterea de vita andem periclitans me in Consilium advocare cogebatur, ubi ulceris curationem, (missa antifebrilium adhibitorum narratione) sequentem in modum aggressus sum. Erffordiæ d. 15. Januarii 1691.

RESPONSUM.

PRimò cum sinus inferius ad os sacrum spectaret, saniesque commodè deple- non posset curavi, ut mediante sectione â Chirurgo castrensi illi exitus pararetur, quæ cum nondum sufficeret, & ger iteratam recusaret sectionem, injectiones sequentes per syphonem substitueam.

No. 1. ℞. *Decoct. hord. integr.* ℔. ij.
Mell. rosat. colat. ℥ jv.

M. D. ad usum.

erum quia sanies illa admodum tenax & densa erat, eandem magis acuatam fortioremque ordinavi, adjecto scilicet unguenti Ægyptiac. ℥ j. & V. ℥ ij. Post triduum sequens decoctum injiciebatur.

No. 2. ℞. *L. S. subtiliss. pf.*
Cord. ejusd. ana ℥ij.
Rad. Aristol. long.
Herb. Centaur. min.
Absynth.
Agrimon.
Caud. equin.
Fol. Oleæ.
Myrt.
Pimpinell.
Consolid. maj. ana mp. j.
Thur.
Cortic.
Myrrh.
Sarcocoll. ana ℥ß.
Vin. rubr. odorif. ℔. iij.
Mell. despumat. ℥iv.
M. *F. l. a.*

Omnium decoctio. Colat. D. S.

Sprütz-Wasser / zu welchem jedesmal ℣. ℥j. bey dem Gebrauch zu thun.

Quem modum Franciscus Valeriola tanquam longâ observatione probatissimum, maximis decantat laudibus, & detergendis ulceribus, præsertim nervosarum partium nihil esse præstantius affirmat. Postquam itaque ulcus sufficienter detersum & mundatum apparebat, *Sarcoticam* injectionem tentavi.

No. 3.

No. 3. ℞. Fol. plantag. mp. ij.
Pentaph.
Herb. agrimon.
Robert. siv Geran. ana mp. j.
Consolid. utriusque.
Caud. equin.
Ceterach.
beton.
Summit. Absynth.
Fl. hyperic. ana mp. ß.
Incis. coque in s. q. ▽. simpl. in fin. decoction. add.
Vin. rubr. adstring. ℔. ij.
Fol. Myrth.
Fl. rosar. rubr.
Herd. integr. ana P. ij.
Ebulliant invicem. Colat. ℞. ℔. IV. cui add.
Farin. fabar. ℥j.
Orob. ℥ß.
Thur.
Mastich.
Sarcocoll.
Resin. pin. ana ℥j.
Myrrh. ʒv.
Rad. Aristol. rotund. pulv. ʒvj.
Ireos. fl. pulv. ℥ß.
Mell. rosat. Collat. ℥iij.

M. D. ad usum.

De hoc decocto per aliquot dies q. s. fuit injectum. Post tale unguentum Turundis et liciis imponebatur:

No.4. ℞. *Succ.plantag.* ℥iv.
Agrimon. ℥ij.
Absynth. ℥j.
Vin.rub. adstring. ℥iv.
☍ *coct.rosar.*
omphacin. ana ℥ij.
Coqv. ad Vin & succor. consumption. in fin. add.
Farin. Fabar. ℥iiß.
Orob. ℥j.
Thur.
Mastich.
Sarcocoll.
Resin.pin.ana ℥j.
Myrrh. El.
Rad. Irid.fl.
Aristol.rotund.pulv. ana ℥ß.
Therebinth. vin. alb. lot. ℥iij.
Mell. despumat. ℥iv.
Cer. q.s. M.F. Unguentum. D. ad usum.

Iteratis etiam vicibus pulverem hunc Sarcoticum inspergere jubebam.

No. 5. ℞. *Aloës. Socotr.* ʒij.
Thur. & cort. ejusd.
Myrrh.
Sarcocoll. ana ʒi.
Rad Irid.fl. ℈iv.
M.F. Pulvis subtilissimus. D. ad usum.

Tandem curatione feliciter hoc modo succedente, cicatricem inducendam meditabar,

tabat, ad quam ejusmodi injectionem
rdinabam, præmisso prius hoc fomento.

o. 6. ℞. *Herb. Centaur. min. mp. j.*
Fl. rosar. rubr. P. ij.
Myrrh. ʒiij.
Alum. rup. ℥i.

Incis. gr. mod. D. S.

pecies mit rothem Wein zu kochen/und nachmahls vermittelst doppelter leinenen Tüchern warm öffters zu appliciren.

o. 7. ℞. *Fol. plantag.*
heder. ter. ana *P.* ij.
Fl. rosar. rubr.
Fl. Centaur. min. ana P. j.
Gran. Myrt. conquassat. P. iß.
Cort. granat. ℥iß.
Alum. Rup. ℥j.

Incis. & contus. subtiliss. D. S.

Heilung-befördерende Species mit rothem Wein zu kochen/ und einzuspritzen.

Emplastrum primùm imponebatur Opodeltoch, mox sequenti utebamur, quo ulcus admodùm rebelle & ultrà 15. annos refractarium, in tibia mulieris cujusd. vetulæ in Saxonia consolidavi.

No. 8.

No. 8. ℞. *Lithargyr.* ☉r.
Ceruss. ana ℥ß.
Thur.
Mastich. ana ʒij.
Camph. ℈ij.
Unguent. rosat. ℥ij.
Cer. & Therebinth. q. s.
M. F. l. a. Emplastrum. D. ad usum.

Ubi adhuc notandum, quod ligatura mediantibus pulvinis paulò crassioribus firma adhibita fuerit, qua carnis dissitæ & hiulcæ labia se invicē, compressione facta, iterum contingebant, & ad agglutinationem disponebantur, licet aliàs fortes ejusmodi ligaturæ in vulneribus admodùm nocivæ sint. Atque his præsidiis Menstruô ferè spatio ulcus hoc magnum & contumax, ad optatam, Deo benedicente, consolidationem adspiravit.

CONSILIUM XLII.

De VENÆ SECTIONE IN GRAVIDA PERICULOSA.

FOEmina 25. annorum, Viri Amplissimi Contoralis Suavissima, eaque gravida,

a, abortum gestationis Mense 8. patitur, uo mortuus prodibat fœtus, quem exciverat V. S. immodica, ex balneatoris teerario suasu instituta; hinc summam indebat virium prostrationem puerpera, uam convulsiones comitabantur epileicæ, cum Capitis dolore vehementissio. Sexto tandem die me accersunt, ubi atim sequentia, seposito in tantùm de usa abortus, judicio, necessitate, sic suaente, ordinabam. Erfordiæ d. 2. Februii, 1691.

RESPONSVM.

Umprimis curandum est, ne convulsiones epilepticæ usque in perfectam ilepsiam, cum periculo vitæ decumben- intentantur, ut & delirium à Cephalgia imminens præcaveatur, & quidem quentibus.

. 1. ℞. ▽. Ceras. nigr.
Pœon. Meliss. s. V. ana ℥j.
Cinam. borrag.
Epilept. Lang. ana ℨij.
Cord. frig. H. S. ℨv.
Pulv. Epilep. March. ℨi.
Syr. acetos. citr. ℥ß.
M. F. potio. D. S.

Alle

Alle halbe Stunden wohl gerüttelt Löffel voll zu nehmen.

No. 2. ℞. *Unguent. Alabastrin.* Populeon. *rec.* *ana* ℥ß.
℘. *Nuc. Moschat. express.* ʒß.
Op. Thebaic. acet. solut. & inspiss. gr.
Camph. gr. iij.

M. D. S.

Schmertz-legendes Sälblein an d Schläffe.

Simulac itaque ab ejusmodi Medicament sibi restituta videretur, meum quoque ju dicium de abortu, quemadmodum mar tus exposcebat, expositurus, pronunciav tam ex parte puerperæ, quam ex parte ve nam secantis hactenus fuisse erratum, atqu sic utriusque culpa fœtum debiliorem nec ex asse perfectum, extrà uterum ma ternum fuisse exturbatum. Et quidem quod balneatorem temerarium concernit in ipso confirmatum video illud Medico rum: Malus Medicus, pessimum Sympto ma. Siquidem bonus iste Vir V. S. salutato prius Medico rationali instituere debuisset, ubi dubio procul intellexisset, ejusmod operationem, nedum excessivam Sangui nis profusionem 8. gestationis Mense in

suetam

etam & summè periculosam esse, licet
odica dimidio gestationis tempore salu-
riter adhibeatur. Ipsa verò puerpera
rante gestatione, genio admodum in-
lgens, ut audio, magnumque humorum
crementitiorum cumulum coacervans,
ntrem prægrandem, & plus solito tume-
ctum inde adepta est; quare etiam co-
osa per uterum purgatio, loturam car-
s recens mactatæ referens, embryonem
clusum comitabatur. Cum verò id,
od tali specie effluebat fluidum nutri-
ium embryonis in utero materno in
embrana amnio contentum esset, facilè
paret, fœtum ob alimenti impuritatem
ndum debiliorem, à sordibus congestis
inconsiderata sanguinis materni emissio-
necessariò fuisse suffocatum, & pessun-
to robore uteri ob sanguinis & Spirituum
ofusionem temerariam, maturo partu
clusum. Quibus in rem præsentem mo-
tis, alterum adhuc idque gravissimum
erperis Symptoma, nempe secundinarũ
mora urgebat, quæ haud parùm ad sum-
am istam de qua superiùs, virium prosta-
nem contulit: Cui verò sequentia cum
licissimo successu, & omnimoda reconva-
centia afflictæ, continuatis posteà non-
llis confortantibus, destinabam. *No.* 3.

No. 3. ℞. *Extract. hellebor. nigr.* ʒß.
°☋. ♌. *succin. alb.* ℈ß.
Sabin. gt. v.
M. D. S.

Sonderlicher Balsam. Qui umbilico illinatur, & secundinis ablatis iterum Vino calido abluatur, ad præcavendam hæmorrhagiam periculosam.

No. 2. ℞. ▽. *Cinam. borrag. fl. Cheyr. lil. alb.* *ana* ℥j.
Meliss. c. Vin. hysteric. ana ℥ß.
°o. ♌. *sutcin. gt.* v.
Sachar tabulat. ʒij.
M. D. S.

Alle halbe Stunden 1. Löffel voll.

CONSILIUM XLIII.
De
STERILITATE.

VIR Generosissimus juxtà ac Eruditissimus, Consiliarius Saxonicus, 30 annum agens, constitutione Sanguineo-Phlegmaticus, hilaris atque jucundus, & quoad actiones vitales, & animales optimè dispositus, vivebat hactenus per triennium in Conjugio sterili, à quo tempore scilicet, sibi lectissimam Fœminam, Nobilitatis Sa-

xonicæ

ɔnicæ florem, conjugem aſſociaverat. um igitur vereretur, ne ob defectum olis Generoſæ Ampliſſima prædia ad enum extrà familiam poſſeſſorem olim volverentur, Medicum audire Conſi- m denique ſtatuit. Quo fine ad me arari curabat literas, ad inſtantiam & mmendationem Viri Ampliſſimi Reip. pſienſis Senatoris, quibus deſidcrabat, juxtrà delineatum utriusque Conjugis mperamentum judicarem, cuinam par- pertinax ejusmodi infœcunditas potisſi- um adſcribenda ſit, quibusque reme- s eadem tollenda. Literæ perfereban- r Erfordiam, & abhinc demum Isle- am, ibi verò ob inopinatum iter in Du- tum Magdeburgicum neglectæ, mihi c iterum commoranti, anno ſequenti debantur. Simulac igitur illas accepi, ſponſionem maturandam, cumprimis nuo ab Ampliſſimo Viro Lipſienſi com- onefactus, cenſui. Erfordiæ d. 15. prilis. 1691.

RESPONSUM.

Ertius, ut honoratiſſimæ literæ loquun- tur, ab eo tẽpore annus nunc volvitur,



Vir Generose, Patrone Colendissime quo contoralem Tuam Carissimam Tibi associasti; Junone quidem satis propitiâ Lucinâ vero seu ferè seu apparenter adversa, siquidem hactenus mellissimorum congressuum nullum reportasti trophæum nec dilectissima Tua Te formosa prole fecit parentem, cum tamen haud leve ex liberorum susceptione successioneve oblectamentum provenire soleat atque solatium. Et sanè scitum veterumque sermone tritum proverbium est: Odorem odorum panem, saporum saporem Sa & amorum amorem Filios esse; quod quidem omnium gloriæ cupidorum consensu confirmatur, qui æternitatem Nominis unquam anhelavere: Gloria quippe factis paratur egregiis, in Filiis virtute præditis ad seram usque posteritatem perennatura. Id verò non eo animo & fine commemoratum volo, ut animus Tuus ea propter exstimuletur tristitia, aut ac si Ego Platoni assentiam, Fœminas steriles repudiandas censenti, cum Tibi optimè constet, quâ mente ferenda aut omnimoda sterilitas, quæ interdum ex peculiari Dei consilio accidere solet, ne probi parentes filiorum degenerum malitia nimium olim excrucientur, neve cum Augusto Cæsare

re sæpius cogantur ingemiſcere perditis
torum moribus , atque cum ipſo in
rba Homeri erumpere, Iliad. γ.
ἤθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι.
ut quomodo Medicorum conſiliis com-
ittenda ſit impedita â cauſis naturali-
ıs progenerandi facultas : Sed ſaltem
αμνηστικῶς exordii loco ea præmittere al-
buit, tàm ad id Conſilii, quod paro, avi-
us perlegendum, quàm ad eidem eò
omptius obtemperandum. Dum verò
Veſtra ἀγονίᾳ corrigenda ſum ſollicitus,
ereo ſanè, cuinam veſtrûm eadem im-
tanda veniat : Etenim ſi lectiſſimæ Co-
e Tuæ temperiem in literis delineatam
tueor , quæ ab externo habitu , capillo
licet nigro , voce ſubaſpera , animique
mmotione admodum concitata, calida
humida apparet; utique illam non adeò
eptam conceptioni pronunciare poſſum.
n Tuam contemplor complexionem ibi-
m expreſſam , videtur & illa haud fri-
dior juſto, humidiorve , quod partim
viſcerum internorum εὐπραξίᾳ, partim
dabili illo Ingenii memoriæque vigore
uo haud obſcurè colligere licet, ita, ut
ri ratione & Te ad rem Veneream mi-
s aptum primo intuitu cenſere minimè
oorteat. Ne igitur vel Tibi, vel Tuæ

ſoli ; culpa ſterilitatis absque prævia cau-
ſarum dignotione imputetur , præcipuas
quas hic vel generatim , vel ſpeciatim
noſſe decet cauſas recenſendas arbitror
una cum nonnullis ſignis diagnoſin & pro-
gnoſin concernentibus , ex quibus cer
quippiam quoad præſentem ſtatum eruer
annitar , cui futuræ curationis fundamen
tum tutò ſuperſtrui poſſit. Sterilitaten
igitur Virorum acceptam referimus vel to
tius corporis vel partium genitalium in
temperiei , ſive nimium calidæ , quam
nimia in Venerem arguit proclivitas , ſul
quâ nunc citius , quam par eſt , ſemen
effunditur , vel liquor ſeminalis ineptu
evadit ad fermentationem debitam in
ovulo muliebri inchoandam ; *Sive* ni-
mium frigidæ , humidæ vel ſiccæ , qua
adrem Veneream teſtatur ſegnities. Ac-
cedit inſuper vitium conformationis par-
tium genitalium , dum curtæ nimis viri-
litatis ſupellex exiſtit , ita , ut ſemen pro-
fundè ſatis penetrare nequeat , aut gran-
dius membrum obſervatur ut vel nullius
omnino ſit admiſſionis , vel ob doloris ve-
hementiam , nimia vaginæ extenſione or-
tam , titillatio & voluptas in Fœmina de-
ficiat , ſine quâ vero coitus prolificus
nun-

unquam expectandus. Ut taceamus na-
vam frenuli brevitatem, quâ penis incur-
atur, & debito modo intrudi nequit;
t & dispositionem membri Paralyticam,
b quam rigiditas verpi deficit, atque ibi
ocorum potissimum lis pendens obser-
atur. Ex quibus unum quoddam, quo
primarium Matrimonii finem hactenus
eliquisti, Tibimet ipse eligas. Ego omni-
us ad disquisitionis Physicæ, quantum
eri fieri potuit trutinam ponderatis nul-
us ferè Te incusandum esse existimo vitii,
isi frigidiusculæ cujusdam partium geni-
lium constitutionis, non obstante supe-
us laudata naturæ bonitate, secundum
uam licet reliquæ actiones æque naturales
animales inculpatè succedant, partesq;
orporis Principes suo sic satis fungantur
fficio: Attamen cum virtus prolifica
eculiare quid â reliquis sibi vendicare so-
at, nec vitium in præsentiâ tribui pos-
t aut calidiori aut sicciori naturæ, malæ-
e partium genitalium conformationi,
on absonum esse arbitror, si subfrigida
ictarum partium complexio accusetur.
lentio hic lubens prætereo occultam &
n. sterilitatis causam, de qua multò
inus certi quid definiri potest, nisi admit-

tamus Subjectorum variationem, quo pa-
cto de fascino judicare licet, quæ verò
experientia in Te, Viro Summè Virtuo-
so, locum minimè invenit. Atque re-
censitas sterilitatis virilis causas, causa
sterilitatis in sexu sequiori observabile
multitudine atque frequentiâ longè supe-
rant. Sive enim consideres varias magis-
que attendendas intemperiei species, tum
totius corporis fœminei in genere, tum
ipsius uteri solum & ovarii in specie, eadem
Lege & ratione in procreatricem virtutem
peccatur secundum divini Hippocr. Aph.
62. sect 5. Calidiorem namque & sicciorem
utriusque intemperiem ostendunt, salaci-
tas insignis, urina ad rubedinem vergens,
pilorumque hinc inde ubertas. Frigidam
eô adverso intemperiem designant men-
strua pauca & aquosa, urina subspicea
sive pallidior, pilorum raritas, actusque
Venerei inappetentia. Humidam intem-
periem declarant, matricis lubricitas,
menstrua copiosiora & simul tenuiora,
humorque sub coitu copiosius extillans:
Hinc spermati virili haud congruum con-
ceditur hospitium, sed vel ibidem vap-
pescit, vel præmaturè ex eodem præcipi-
tatur. Præterea & ipsius uteri nimia cras-
sities,

ties, laxitas, amplitudo, atque angu-
ia conceptionem valdoperè impedit; qui-
us si adjungamus motus enormes, tus-
m & sternutationem fortiorem post coi-
um, fluxum mensium vel immodicum
el suppressum, constabit, quantum
nomenti in Negotio fœcunditatis in sexu
œmineo positum sit. Et sanè ex recen-
tis hactenus causis nullam melius ad Ca-
ssimam Tuam quadrare arbitror, quam
umidam matricis constitutionem. Nam
tsi, ut supra dictum, in illa calida com-
lexio eminere videatur, humiditatem
amen quandam prævalere manifestè do-
et Musculorum sive carnium mollities,
inc lubricitatem aliquam partium genita-
um subfrigidam omninò suspicari licet,
x quâ scilicet semen injectum debito mo-
o suaviter foveri & contineri nequit, &
uæ fortè illam fovet remoram, ob quam
sque ad hoc temporis punctum, ad ju-
undum illum Parentis titulum adspirare
on potuisti. Ut igitur imposterum hac
x parte feliciori fruaris fato, præmissâ
uxilii divini imploratione, cui soli steriles
œcundas reddere datum est, ad nostra mo-
ita Medica sedulò Te conformabis in
iætâ cumprimis sequentia observando:

Aër eligatur calidior & purior. Cibus &
potus ſint ex claſſe calidiorum benè nu-
trientium, hinc Lacticiniorum uſus cre-
brior intermittatur. Somnus & vigiliæ
modum & medium teneant, quod etiam
de motu & quiete valet: Nimia namque
quiete multæ cruditates atque mucoſitates
colliguntur, quibus materia ſeminalis in-
quinata virtutem ſuam perdit; nimiô ve-
rò motu eadem diſſipata exſiccatur. Ex-
cernenda quotidiè benè ſecedant, ita ut
corpus nunquam vitioſis humoribus tur-
geat. Animi pathemata freno prudentiæ
dirigantur atque coerceantur, quippe jux-
ta univerſæ Scholæ Medicæ conſenſum,
coitus, ſuperveniente vehementiore ani-
mi motu, ſive ab ira, metu, ſive terro-
re, ſemper irriti eſſe ſolent, atque pro
non factis habendi. Inprimis Tibi in are-
nam deſcendenti omnes curæ & medita-
tiones ſeriæ ſequeſtrandæ ſunt, quod vel
nullos, vel pravos ad minimum faciunt
conceptus, unde & ratio Medica illius
dicti petenda: Heroum filii noxæ; opti-
ma enim ſeminis pars ſubtrahitur, cum
literati curis & Studiis diſtenti ad congreſ-
ſus maritales ſeſe accingunt. Pari ratione
in diætâ ſe gerat dilectiſſima Conjux, in-
ſtituendo

tuendo victus rationem. Superiori
onvenientem, ubi inprimis vitandæ
ommotiones mentis, maximè si Paphum
onscendere paratus fueris; Nam mulie-
m sub coitu plorantem (quod quidem
rissimè forsan accidit) concipere non
osse Mercurialem asserentem habeo. At-
ue hæc erant omittenda: Succedant por-
admittenda, quæ inter optimè au-
unt carnes pullorum, caponum, vitu-
rum, hædorum, avicularum, per-
cum, meleagridum, similiumque,
omatibus non adeò parcè conditæ, qui-
is etiam in coctura addi poterunt radices
eniculi, petroselini, pastinacæ, rapæ,
paragus, cariotæ. Porrò panatellæ
Cerevisiæ partibus duabus, Vini Mo-
llani parte unâ, Vitellis ovorum, pane
s cocto, Cinamomô & sacharo con-
ctæ, juscula pisorum, lentium, Ci-
erum, more nostro remotis nempe ca-
cibus, cum pane similagineo butyro
ixo parata, in frequentem veniant
um. Ipsa ova sorbilia cum Vini Hispa-
ci Cochleari uno alterove atque tantillo
nbræ Spiritu rosarum solutæ egregiè
onveniunt. Panis existat duorum aut
ium dierum, cui semen fœniculi, anisi,

vel carei immisceatur. Cinara vero cu-
ctis palmam præripiet, secundum Poë-
tam: Hanc tibi jus præpingue coque;
præstantior inde est;
Ibit & in numeros sic Venus alma suos.
Potus sit Cerevisia lupulo satis condita
probèque defæcata, atque sæpius Vinum
generosum; A cibô demum conveniunt
confectiones confortantes stomachicæ
jam satis notæ: De cætero acria nimis
& acida evitentur. Rem Medicam quod
nunc concernit, ea suppeditabit Domi-
nationi Tuæ medicamentum evacuans;
deinde insessum sive balneum, ad parti-
bus inferioribus amicum calorem conci-
liandum; Tum quoque adpropriata atque
specifica confortantia interna & externa.
Eadem Methodus Carissimæ Costæ porri-
get primo purgans universale; secundò
uterum speciatim mundificans; tertiò
confortans universale, & roborans hy-
stericum specificum, quibus non in-
felici effectu thermæ Carolinæ conjun-
gendæ, quarum vices etiam non usque
adeo impari virtute, insessus domestici
adimplere poterunt. Quæ si ordine præ-
scripto ante initium Mensis Maji usurpata
fuerint, tum animo præsenti, imagina-
tione

one forti, armisque rigidis, hosti ami-
bili Te opponere ne cuncteris, spondeo
e splendidum trophæum reportaturum,
uod aliquando victorem suum venerari,
hilarare, atque in sui amorem penitus
ahere possit. Et quamvis verecundia
tet commemorare Remedium istud Ce-
bertimi Græciæ Medici Paul. Æginet ad
onceptionem juvandam commendatum
ipso lib. 3. c. 74. Attamen quia castis
mnia casta, idque Honoratissimæ Con-
gi abdomine prominentiore gaudenti
ldè accomodatum videtur, illius vel tri-
s verbis tantùm mentionem faciam;
licet pugnam à tergo inire juvabit. For-
ulæ Medicamentorum sunt sequentes

o. 1. ℞. *Aloës Violat.*
Extract. fol. sen. ana ℈ß.
Gr. ⊖*lat. gr.* v.
Ambr. gryſ. ver. gr. j.

M. F. c. Elixir. propr. s. acid. Pil. No. XV. obduc. fol. ☉. *No. j. D. S.*

urgier-Pillen auf 1. mal früh Mor-
gends zu nehmen/und 1. Stunde dar-
auf etwas Thee zu trincken.

Descriptio Extracti foliorum sen.
Nostr.

℞. *Fol.*

No. 5. ℞. *Fol. s. s. s.* ℥ji.
Sr. albiss. ℥ß.
Sem. anis. fœnic. ana ʒj.
▽. *Cichor. fragor. Cerasor. nigr.*
Veron. ana ℥iv.

Fol. incid. minutiss. & ▽. ferv. infund. in lagena stannea operculo munita. Stent per hor. quadrant. in aheno ▽. ferv. replet. post exprim. fortiter per linteum densum. Liquori express. add. album. ovi conquassatum, bene agitetur, & repon. per dimid. hor. in B. M. ad ebulliendum. Post trajic. per saccul. ex linteo bombycino, & in 2. vel 3. patellis evapor. calore leni ad consistent. mell.

No. 2. ℞. *Rad. Acor.* Pœon. ana ℥j.
Bacc. juniper. mp. iij.
Laur. ℥j.
Herb. ror. mar. Sylv.
Meliss.
Serpill. beton.
Fl. Chamom. Rom. ana *mp.* ij.

Incis. & contus. gross. mod. M. D. S. Species zum Bade. Cui simul immitt. Acervus formicarum sacculo inclusus, si ejusdem copia datur.

No. 6. ℞. *Pulv. Cinam. El.*
Cariophyll.
Cardamom. ana ℥ß.
Galang.

Galang. Cyper. rot.
Mastich. Nuc. moschat.
Glycyrrhiz. ana ʒj.
Mosch. Ambr. ∽ *rosar. solut. ana*
gr. iij.
Syr. granat. q. s. M. F. Electuarium.

S. Sonderliche Stärck-Lattwerge/ von welcher jedesmal nach der Mahlzeit 2. starcke Messerspitzen zu nehmen.

No. 4. ℞. *Essent. Satyrion. c.* ∽. ☿*r. vegetabil. parat. atque transmiss.* ℥ß.
Mosch. & Ambr.
Succin. volat. ana ʒj.
Elæosach. Cinam. ʒiß.
M. D. S.

Köstliche Stärck-Tropffen / von welchen Morgends und Mittags 4. Uhr 40. mit Wein zu nehmen.

No. 5. ℞. *Bals. Lavendul.* ℥ß.
Zibeth. ʒß.
∽. *formic. q. s. ad consistent. liniment.*
M. D. S.

Eusserlicher Stärck-Balsam / qui umbilico & partibus genitalibus, cumprimis Regioni pubis, ubi musculi pyramidales existunt, illinatur.

Dominæ verò sequentia ordinata fuere.

No. I.

No. 1. ℞. ▽. fl. acac. bellid. ana ℥j.
Cinam. borraginat. ʒj.
Pulv. rad. jalap. gr. xv.
diagryd. gr. iij.
Arcan. dupl. Mynsicht. ℈ß.
Syr. Card. benedict.
☍ Cinam. gt. j.
M. F. haustus. D. S.

Purgier-Träncklein auff 1. mal früh nüchtern zu nehmen.

Purgatione facta accipiat Vinum Hispani cum cum frusto panis similaginei tosti, atq alterodie medianam in brachio dextro se cari permittat. Posthæc quiescat & ab omni medicatione abstineat, donec redierint menses, quibus iterum evanescentibus de sequenti Vino Medicato, omni matutino & vespertino tempore ante Cœnam Cyathum unum bibat, manè solùm præmisso ovo tremulo.

No. 2. ℞. Ras. L. Sassafras. ℥ß.
Aloes. ʒiij.
Rad. Helen. Pœon. Galang.
Sem. fœnic. Coriandr.
Flav. cort. Citr. rec. ana ʒij.
Cinam. acut. ℥ß.
Cariophyll. aromat. ʒj.
Herb. Meliss. mp. ij.
Salv. mp. j.
Fl. anth. mp. ß.

Incis.

Incis. & contus. includ. saccul. ex syndon. rubr.

D. S.

Species zu 3. Maaß guten Wein.

hausto Vino balneum ingrediatur ex
ciebus superioribus sacculo inclusis &
uæ ferventi immersis paratum, quibus
huc herb. Puleg. menth. salv. & ror. mar.
a mp. ij. add. cui moderatè calenti omni
nè se se immittat usque ad umbilicum
r horam dimidiam, assumpto priùs juscu-
aut Vino Hispanico cum pane, quo tem-
re simul cum sacculo foveatur regio
bis, & concedatur, ut cucurbitulæ cum
rificatione partibus tantùm superiori-
s affigantur. Post balneum inungatur
ibilicus, pudenda & renes oleo destillato
niperi cum Unguento nervino Augusta-
rum, & imponatur abdomini Empla-
um de matricaria. Vesperi insideat sellæ
rforatæ & per infundibulum pudendis
plicatum excipiat fumum specierum
unis candentibus suppositis injectarum,
æ præparentur ex Ras. L. Aloes. fl. La-
ndul. ror. mar. & succin. q. pl.; quod
nper repetatur per triduum, finito men-
m fluxu, si fortè redierit. Internè verò
ia proderunt.

No. 3. ℞. *Essent. Salv. ror. mar. ana* ℥ß.

M. D. S.

Stärck-Tropffen / von welchen täglich 2. mal / jedesmal 40. mit gutem Wein zu nehmen.

No. 4. ℞. *Pulv. Cinam.* ℥j.
Cariophyll. Piper. long. Galang. ana ʒij.
Rad. aristol. rot. ℥ß.
Sem. amom. Sesel. ana ʒ ij.
Nuc. Moschat. ʒij.
▽. *Regin. Hungar. q. s. ad consistent. Electuarii.*

M. D. S.

Abends bey Schlaffzeit 2. Messerspitzen zu nehmen.

Quo Electuario assumpto ad somnum placidum se componat Honoratissima, forti in rem Veneream, eamque prolificam imaginatione formatâ; Tum verò circà auroram, somno priùs discusso, inter complexus suavissimos aliasque casti amoris illecebras, conflictum celebrabitis felicissimum.

CON-

CONSILIUM XLIV.

De

HÆMORRHAGIA UTERI.

FOEmina 45. annorum genere & virtute nobilissima, Capitanei & Vasalli Viriensis conjux, constitutione corporis legmatica plus minus serosa, puerperiis quot viribus exhausta, & præterea non ficienter purgata ; incidit in enorme, gum, periculosumque sanguinis ex uteprofluvium, ita quidem, ut primo sans tenuior ingenti impetu promanaret, quot cantharos adimplens, Temporis o successu fluor iste instar loturæ carm recens mactatarum existebat, quem ecedebat & comitabatur gravitas lumrum & abdominis atque molestus vagi uterinæ pruritus. Tandem excerneur sanguis grumosus, nigricans & gralens, præsente simul lipothymia, suffoione, totiusque corporis frigore, quod m extra paroxysmum cumprimis in arus, una cum pallore faciei insigni atque tabescentia corporis durabat. Sub qui angustiis opem medicam impense an-

helabat Vir Generosus ipsius maritus, qu
sine undique conquirebantur Consilia, p
rum tamen proficientia, rem enim sol
adstringentibus & refrigerantibus tent
verant; unde demum Vir Generosus me
quoque cogitationes hoc in negotio des
derabat, atque una cum honoratissima cor
juge me accedebat. Cui post institutam ac
curatiorem causarum inquisitionem, ha
bito simul respectu ipsius Subjecti, sequen
tia magis proficua arbitratus sum. Erfo
diæ vigesⱻ quarto Aprilis, 1691.

RESPONSUM.

LAborat Nobilissima Fœmina & caco
chymia serosa ratione totius M. S. &
prava dispositione uteri, ratione sordiun
ibidem congestarum stagnantiumque
Illud ex profluvio sanguinis tenuioris &
loturam carnis referentis; hoc ex sangui
ne congrumato, graveolente, & defect
debitæ purgationis uterinæ post puerperi
varia constat. Imo & acrimoniam quan
dam simul adesse molestus vaginæ uterina
pruritus & convulsiones hystericæ persua
dent. Scilicet haud insolens est, hæmor
hagias ejusmodi ab obstructione præce
dente oriri, quatenus purgamenta uter
pos

ost partum non rite ſeparata aut remota
anu obſtetricis, vaſcula arterioſa excre-
oni menſtrui ſanguini dicata, pertinaciter
ſtruunt, quæ ſanguinis affluentis co-
a diſtenduntur, atque disrupta cum ve-
ementia ſanguinem poſteà fundunt, qui
einde viam hanc p. n. patentiorem, qua
ata occaſione promtisſime denuo rima-
r. Ipſa vero conſtitutio ſanguinis tenuior,
uturno ejusmodi profluvio, & particu-
rum ſanguinearum & ſeroſarum à ſe in-
cem ſecesſione, verbo turbatæ ſangui-
s mixtioni, imputanda eſt, in quo nego-
o ſuum quoque ſymbolum largisſime
nfert acidum ſalſum, cui humores cor-
oris noſtri fundere, & in ſtatu præterna-
rali nimium attenuare datum eſt, qua ra-
one M. S. nexus ſolvitur. Hinc portio
uoris fibroſa globulos rubicundos lym-
hæ innatantes in ſtatu naturali repræſen-
ns, ſibi relicta in grumos usque conden-
tur, maxime ubi extra arteriarum con-
ia in cavitatem uteri ejusve vaginæ de-
oſita, atque ſic priſtino commercio vitali
ivata fuerit. His ita durantibus motus
orarum vaſa ſanguifera conſtituentium
ictorius admodum infringitur, atque

canales fluidi nobilissimi evadunt laxiore
ut postmodum ad quemvis impetum san
guini liberiorem transitum concedant
quem si refrigerantibus & adstringentibu
tantùm coërcere velimus, quid aliud age
mus, nisi ut, juxta vulgatum, oleum infun
damus flammæ, i. e. tonum fibrarum labe
factatum penitùs destruamus. Igitur po
tius in præsenti medicamenta adstrin
gentia balsamica, blande calefacientia
roborantia adhibenda censeo, præmissi
tamen prius revellentibus atque copiam
seri fluidioris per alvum sudoremque mo
dicè evacuantibus, ut ita sanguis sensim
uterum versus moveri desuescat & natura
lem consistentiam iterum adipiscatur: At
que his indicationibus sequentia ex voto
annuat Clementissime Deus! respondebunt

No. 1. ℞. *Rad. cichor. hort.*
Glycyrrh.
jalapp. ana ℥ß.
rhabarb. orient.
Ras. lign. sassafr. ana ʒij.
Fol. meliss. citrat. m. j.
s.s.s. ℥ß.
Cort. citr. recent. ʒiij.
Cinam. elect.
Macis ana ʒj.
Sem. fœn. stell. ʒß.

Passul

Passul. min. ℥ß.
⊖. ♀r. ℈ij.
Inc. & cont. M. includ. Sacc. ex Synd. rubr. D. S.

…arierender Büschel in 2. Maaß Francken-Wein/von welchem alle Morgen ein Wein-Glaß laulecht zu nehmen/ welches nach Befindung der Operation auch vermehret werden kan.

… 2. ℞. *Conserv. ros. rub. modice* ⊖ *lat.*
menth.
absynth. pont.
Condit. rad. cichor.
caron. cydon. ana ℥ß.
Extr. plantag.
Fl. bellid.
Theriac. Androm. ana ʒj.
Sn. diaph. ♂*t.*
Ebor. s. △.
Succ. alb. pp. ana ℈ß.
Olib. ♃*ris.* ℈ij.
Syrup. myrt. Granat. ana ℥ß.
▽ *cinam. cydon. q. s. ad Consist. moll.*
M. F. condit. D. & S.

…tärck- und anhaltender Zucker / von welchem Mittags 4. Uhr/ und Abends bey Schlaffzeit 2. starcke Messerspitzen zu nehmen.

…cta purgatione revulsio humoris serosi … transpirationem insensibilem median-

 tibus

tibus diaphoreticis & nervinis antispasmo-dicis continuetur, quo acidum intimiu[s] forte massæ sanguineæ permixtum, ulteriu[s] corrigatur aut evacuetur.

No. 3. ℞. *Ess. lignor.*
succin. c. menstruo vol. ana ℥ij.
R. corall. c. ~. Cord. C.
bezoard. s. ✝t. ana ℨiß.
anodyn. Langel. ℈ß.
M. D. & S.

Sonderbahre Stärck- und alterirend[e] Mixtur, worvon Morgends und Nach-mittags 40. Tropffen mit Thee zu nehmen.

Cujus Mixturæ dosis semel hebdomadim est triplicanda, & corpus ad sudorem blan-dum disponendum, & quidem tum, cum hæmorrhagia abest.

No. 4. ℞. ▽. *sigill.*
Lap. hæmat. pp.
cryst all. pp. ana ℈ß.
Fl. ⊖. ✱*c. gr.* vij.
Extr. lign. aloës.
Fl. bellid. ana ℨß.
Bals. Peruv. ℈ß.
Laud. opicat. gr. iij.
M. F. c. Ess. Ol. b. Pilul. ex ℈j. *No. XI. adsperg.*
♄r. liquirit. D. S.

Anhal-

Anhaltende Pillen/ alle Abend 1. Stunde vor der Ruhe II. zu nehmen.

No. 5. ℞. *Lign. ſantal. rubr. & citr.*
Spec. diarrhod. Abb. ana ʒij.
Fol. ment. criſp. m. j.
Oliban. Maſtich. el.
N. Moſch. ana ʒj.
Sacch. roſ. tabul. ad pond. omnium.
M. *F.* ♁. *D.* S.

Allezeit nach Tiſch 2. Meſſerſpitzen mit einem Stück geröſten/ und in Naumburger rothen Beer-Wein geweichten Brodt zu nehmen.

Quodſi interea paroxyſmus hæmorrhagiæ evertatur, tum ſepoſitis aliquantiſper medicamentis prioribus, ſequentia exhibeantur.

No. 6. ℞. ℞. *corall. c.* ∼ *Cord. C.* ʒiß.
Caſtor. ʒß.
anodyn. Langel. ℈ß.
M. D. S.

Im Fall der Noth auff 1. mahl mit Eichen-Laub-Waſſer zu geben / und alle 3. Stunden bey anhaltendem Zufall zu wiederhohlen.

No. 7. ℞. 🜄. *menth.*
fragor. plantag. ana ℥j.
cord. frig. H. S.
⚹ ana ℥ß.
Oc. ♋. *pp.*
Corall rubr. pp. ana ʒß.
♁*n. diaph.* ♂*t.* ℈j.
Sang. Drac. ℈ß.
Syr. myrtill. ℥iij.
è Nuc. Mosch. ℥ij.
Laud. op. gr. j.
M. F. Potio. D. S.

Alle halbe Stunden wohl gerüttelt zwischen voriger Mixtur 1. Löffel zu geben.

No. 8. ℞. ♁*r. fol. menth.* ℥ß.
N. Mosch.
Mastich. el. ana ʒj.
bol. alb. ℥ß.
Ferment. ℔ß.
🜊. *rosar. q. s.*
M. F. Cataplasma D. S.

Umschlag auf den Unterleib zu legen.

No. 9. ℞. *Ungv. Comitiss.*
ex 🜊. *lytharg. ana* ℥ß.
Camph. ℈ß.
Olei coct. rosar. q. s. ad consist.
M. F. Linimentum. D. S.

Kühl und anhaltendes Lenden-Sälblein.

Insuper

super in liquore transmiſſo turundæ ri-
dæ ex goſſypio linteo incluſo ad inſtar
ſſarii factæ, madefiant atque crebrò
ıdendis intrudantur.

Si vero fl. bellidis recentes cum tot. ſup-
tunt, contuſi in mortario loco Cata-
aſmatis applicentur ſæpiusque renoven-
r velut egregium in hoc caſu euporiſton.
andem quoque ad adſtringentia ſtricte ta-
& ſpecifica transſitus fiat, quibus cura
ienda.

. 10. ℞. *Eſſ. ſtypt. noſtr. transmiſſ.* ℥ß.
R. ♂t. *adſtr.* ʒij.
corall. c. ⁓ *Cord. C.* ʒj.
balſ. Peruv. gt. xx.
M. D. S.

nhaltende Tropfen/ von welchen Mor-
gends und Mittags 4. Uhr 50. mit
▽. menth. zu nehmen.

. 11. ℞. ♁. *chin. chin.* ʒj.
Laud. op. gr. j.
M. D. S.

ends bey der Ruh auf 1. mal mit 2.
Theil Portulac-Waſſer/ und 1. Theil
gelinden Francken-Wein/ oder auch
Spaniſchen Wein/ bey abweſender
Hitze zu nehmen/ und darmit anzu-
halten.

Descriptio Ess. nostr. styptic.

℞. Fol. menth. rorismar. Fl. hyper. balau
rosf. rubr. ana p. ij. Lign. Santal. rubr. ℥ß. ♀
catech. ʒij. Mastich. Thuris Myrrh. ar
℥iß. ♁. verisatis affund. 🜄. ℥ xvi. diger. p
triduum in B. M. in colat. dissolv. Op. co
cis. & in lamina torrefacti ʒj. Extr. tormen
Fl. bell. ana ʒjß. Filtr. per Chart. emp. &
liqv. abstrah. in B. M. usque ad part. dim
V. S. hic non indicatur, quin potius noce
bit, quia sanguis non tam copia aut motu
sed vasa sanguifera defectu principii elasti
ci peccant, unde ejusmodi profusionem
inconsideratam, ♒-uum, inopia major pres
so pede sequetur, in syncopem cardiacam
tandem terminatura. Quoad diætam,
lacticinia, admodum pinguia, copiosa ju-
scula, aromata acriora, qualia sunt piper,
zingiber, caryoph. crocus, cardamom:
excessivè acida, salsa muriatica, vinum ex-
tra prandium cœnamve copiosum aut ge-
nerosum, exercitium venereum, motus cor-
poris nimios, calorem & frigus modum
excedentia & ex animi affectibus iram cum-
primis prohibemus: Cinamomum vero,
Nucem Moschatam, Maces, embammata
ex Fl. capparum conditis, pane bis cocto
& passulis minoribus confecta, carnes
assatas

ſatas potius quam coctas, cerevisiam pulo & polenta bene conditam, ut & imum quietum, ſerenum & hilarem iam atque etiam ſuademus.

CONSILIUM XLV.

De FEBRI TERTIANA CONTINVA.

MUlier 40. circiter annorum, ſutoris in hac civitate uxor, copioſæ pro- mater, gracilis, ad iram & venerem oclivis, maximamque partem choleri-, poſt excandeſcentiam ſubitam, ve- ementem, atque diuturniorem ſub cœ- ſrigido & humido, verno tempori fami- ari, moram, domum redux corripitur orrore febrili per horam unam durante, uem excipit calor acris, tangentis digi- s pungens, duodecim horas valde mo- ſtus, triginta ſex vero paululum re- iſſior, quibus horis elapſis priſtinum petit affligendi modum gradumque, sque tamen horrore, ſitis adeſt maxime oleſta, lingua & cutis ſiccitate admodum ffliguntur, alvus pertinaciter obſtructa exiſtit,

existit, suffocationes hystericæ instant, urina est clara flammeaque, brevitus laborat febri satis acuta. *S*ub quo statu aderat dies nonus, ubi maritus ejus pertinaci constipationi alvinæ consulturus, parentem meum accedebat, medicamentum purgans expetebat, personam tn. cui id exhibere vellet, dissimulans. Et ecce voti compos factus ♁rem ex radic. jalapp. diagryd. & Crem. 🜿r. paratum uxori porrigebat, quæ vero dum inobediens monito parentis, incautius frigori se exponit, frigidamque cerevisiam affatim bibit, sitim, ut putabat, solatura, suffocationibus hystericis gravissimis, syncopen cardiacam minitantibus corripiebatur, adeo, ut circumstantes illam velut animam agentem stramini extra lectum posito imponerent, quo facilius expirare posset. Maritus interim ejulabundus per plateam discurrebat, opem quæritans, quam denique à me impetrare confidebat. Advolo & pro demortua habitam solioque hypocausti impositam invenio, & quidem præsenti adhuc, levissimo licet obscuroque admodum vitæ indicio. Quare curabam, ut denuo lecto committeretur, pannis, lapidibus, lagenis optime calefactis fove-

retur,

etur, atque ▽ apopl. incompl. cum Eſſ. aſtor. volat. & Liqv. C. C. ſucc. absque ntermiſſione fricaretur, quibus m. poſt mi-horæ ſpatium ſibi reddita, ulterio-em opem meam etiam atque etiam ef-agitabat; quam præmiſſà ipſius morbi rimarii indagatione, ſic inſtituere pla-uit, Erford. 25. Aprilis 1691.

RESPONSVM.

ETſi videatur affectum præſentem ob vehementiam ſymptomatum cœliq; ernalis temperiem malignitati cœtero-uin maxime faventem febrim malignam ſſe: Attamen ipſe typus febrilis, conſtitu-io ſubjecti ægrotantis & occaſio ſuadent unc morbum eſſe tertianam continuam b abundante ſero bilioſo in M. S. ortam, ui dubio procul acceſſit fermentum uoddam præternaturale in utero latitans, ujus ratione convulſiones epilepticæ in aſu obſervabiles per conſenſum ſubortæ unt, unde geminata ſe facie hæc febris ſtit, videlicet, quatenus orgaſmus eſt n ſanguine & ſpiritu ut humoralis, qua-enus præterea ſubminiſtratur alieni quip-iam ab utero male diſpoſito, ut topica;
ideoque

ideoque & ad utramque partem in curatione respiciendum erit, cumprimis vero initium fiat occurrendo symptomatum vehementiæ, scilicet moderatione caloris excessivi, atque attemperatione fermenti uterini, & quidem medicamentis humectantibus & modice refrigerantibus, cum interpositis vel conjunctis antispasmodicis hystericis, & acrimoniam liqooris seminalis ibidem restagnantis corrigentibus. Quibus usurpatis demum ad evacuantia blandiora per epicrasin purgantia accessus fiat, V. Sectionem in brachio tam ad ventilandum sanguinem, quam ad revellendum impetuosius ad uterum ruentem adjungendo, quæ quidem in principio s. in tempore fieri debuisset, eaque liberior, quam nunc non nisi parcam & partitis vicibus institutam, nihilominus tn. ob præsentiam pulsus duri, inflammationes faucium, debilitatemque virium ab oppresso spiritu dependentem, summe necessariam, adornare conamur. Et quoniam obstructio alvi ad calorem præternaturalem & angustias illas præcordiales per suffocationis sensum denotatas plurimum confert, ea vero ab intestinorum exsiccatione hic dependeat, ideoque tali

enema-

nemate humectante & refrigerante quan-
ocyus solvatur.

No. 1. ℞. *Hord. integr.* mp. iß.
Herb. lactuc.
endiv.
malv. ana maj.
Sem. lin. ℥ß.
nc. Coqv. c. s. q. ▽ fontan. colat ℞. ℔. j. add.
Sach. Thom. brun. ℥ß.
☽ *ǒniat.* ʒj.
Ess. castor. ʒiß.
M. F. Enema D. cum requisitis S.

ühl- und abführendes Clystier auff 1. mahl.

No. 2. ℞. ▽. *card. ben.*
cichor.
fœnic. ana ℥j.
cord. frig. H. S.
cinam. borrag. ana ʒij.
Ess. card. ben. ʒiß.
R. *cast. c. menstr. vol.* ʒj.
ǒ. *diaph.* ♂*t.*
Cinnab. nativ. subtil. pp. ana ʒß.
Arcan. dupl. Myns. gr. xv.
Syr. fl. pap. rhœad.
menth. ana ʒij.
M. F. Potio D. S.

Alte-

Alterirende Fieber-Mixtur von welcher stündlich wohl gerüttelt 1. Löffel voll.

No. 3. ℞. *Ebor. s.* △.
Bezoard. Jov.
Corall. rubr. pp.
Arcan. dupl. Myns. ana ℈j.
△*r. anodyn.* ⊖*l.* gr. iij.
M. *F.* ☿ *divid. in* 4. *partes aequales.*

D. S.

Alle Abend Glock 9. 1. mit Melissen-Wasser zu geben.

No. 4. ℞. *Decoct. hord. ex integr. hord. fact.* ℔. ij.
Cui adhuc ferventi in diplomate add.
Cinam. ✝*ris.* ʒi.
Sach. comm. non refin. ℥j.
Succ. aurant. acido dulcium ℥iij.

Refriger. col. add. vin. Mosell. Rhen. vel Francon. ℥iv.

M. D. *S.*

Kühl- und stärckender Tranck / von welchem täglich ein Wein Glaß zu nehmen / oder an statt des Biers ordentlich zu trincken.

No. 5.

o. 5. ℞. *Hord. ad crep. coct.* ℥j.
Sem. cucu b.
pap. alb. ana ʒij.
lactuc. ʒj.
F. l. a. c. ▽. *portul.*
fl. nymph.
pap. rhœad.
acac. ana ℥jv.
Emulf. cui adde
Syr. pap. alb. ℥ß.

M. D. S.

ruhe befrödernte und kühlende Milch/ von welcher öffters/ sonderlich gegen die Nacht/ 1. Weinglaß zu nehmen.

Quibus medicamentis usque ad diem cimum quartum usurpatis symptomata uidem mitescebant, sed urina adhuc cru- indicabat sanguinem majori ventilatio- indigere, ad materiæ morbificæ seces- m, & omnimodam ex corpore proscri- ionem, in hoc malo motu critico intestina, rarissime ad glandulas sub- taneas, fieri solitam. Igitur V. S. media- in brachio dextro, & quidem ita insti- ebatur, ut integræ horæ spatio 4. tan- n cochlearia emitterentur, pollice Chi- rgi ad quadrantem horæ singulis vicibus lnusculo compresso, ubi intereà ægra

Q in

in lecto jacens confortantibus ex- & internis reficiebatur, quem modum usque adeo benè ferebat; ut totus actus citra levissimam etiam mutationem cultus, & cum summa Euphoria finem adipisceretur, juxtaque intentionem nostram abunde adimpleret. Etenim statim circa vesperam apparuit ad latera vitri urinam recens emissam continentis livor pituitosus, in medio liquoris suspendebantur nebulæ, & in fundo sedimentum vitellinum, sed pauca quantitate conspiciebatur. Memor itaque Aphor. Hipp. 20. & 21. Sect. 1. Naturæ mitissimo quodam purgante subveniendum nunc demum censui, ita tamen, ne sub ipso actu purgatorio quotidie continuando, donec excrementa dilute flava & spumosa exeant, vires nimium prosternantur.

No. 6. ℞. *Fol. Sen. s. s.* ℈j.
Includ. nodulo & infund. per noctem cum
▽. *card. ben.* ℥iv.
Vin. alb. Francon. ℥j.
frigidè.

Mane leniter ebulliant & nodulus aliquoties digitis exprimatur, expressum singulis vicibus iterum liquori immittendo. D. S.

Purgier=

urgier-Tränck lein auf 1. mal laulecht zu nehmen.

tque his obſervatis, accedente victu hu-ectante & moderatè refrigerante, qualis at frequentior uſus ptiſanæ avenaceæ hordeaceæ cum ▽. ſaccharo & tantillo ni factæ, quatuor ſeptimanis elapſis, EO ſit laus, pulchrè convaluit. Juſcu-enim pinguia carnium, quibus alias, ex rſuaſione adſtantium ad reſtaurandas es ſitimque fallendam frequentius de-tabatur, ob particulas ſalſas & empyreu-aticas promtiſſime bileſcentes plus mni, quam emolumenti afferebant.

CONSILIVM XLVI.

De

DYSENTERIA EPIDEMIA.

VIR Generoſus atque ſtrenuiſſimus Vaſallus Electoralis Saxonicus, mi-æ pedeſtris Coburgenſis Capitaneus, & Aula Sereniſſimi ibidem Nobilis, 30. num agens, floridus, ſucci plenus & guineus, in caſtris confœderatorum

Cæsareorum ad Moguntiam tum positis corripiebatur torminibus ventris cumprimis circa umbilicum atrocissimis, succedente excretione alvina cruenta, copiosa, frequenti, remanente post secessus factos molestissimo intestini recti tenesmo. Quibus aliquot diebus elapsis adjungebatur horror, cum calore intenso subsequente, sitis ingens atq; cephalalgia continua. Cum autem hoc fato cruento complures simul in castris affligi videret, & ex virium decremento, maloque indies aucto pejora sibi ominaretur; ab ipso supremo campi Mareschallo Saxonico hortatus, ut suæ suorumque domi saluti melius prospiceret, seque ex castris in alium locum, ubi peritorum Medicorum copia daretur, deferri curaret, primùm Francofurtum ad Mœnum tendebat, abhinc vero, profluvio cruento non ut speraverat penitus remittente, ad prædium in Misnico circulo situm tandem se deportari voluit. Sed affectus iste ab agitatione corporis in itinere facta, adeo invalescebat, ut sexagies de die & nocte alvum, infernales inter cruciatus, deponere cogeretur, ubi simul, quod dictu visuq; horrendum, quandoq; partes genitales convulsæ, sanguinem cum rigore ejaculabant.

Igitur

gitur huic urbi propior factus, jubebat in-
reſſum maturaret rhedarius: poſt ingreſ-
um ex diverſorio mittebat quendam ſer-
orum ad me, medicamenta convenientia
eſiderans. Ego cum maximum periculum
x relatione perciperem, neceſſarium duxi
ſum prius ægrotantem viſitare; quem
eſperabundum fermè ſtramini incum-
entem deprehendi, omni aeris ambien-
s ratione neglecta. Ideoque juſſi, ut pro-
nùs deferatur in lectum calefactum, &
percula figulina calefacta abdomini con-
nuo imponantur, dum interea ego ſe-
uentia parari curabam medicamenta.
ford. 5. Auguſt. 1691.

RESPONSVM.

DYſenteria epidemica laborare virum Generoſum ex recenſitis ſymptoma-
bus, & commemoratione plurium in
ercitu Confœderatorum pari ratione de-
mbentium, ad oculum patet; Cauſa, ut
ejusmodi morbis fieri ſolet, eſt contagi-
n quoddam, cui viam ſternere ſolet vi-
um enorme in diæta commiſſum, ubi aer
tuans, copioſus frigidæ ut & vini Rhe-
ni acidioris potus, cum laboribus &

 defa-

defatigationibus bellicis diurnis nocturnisque eminent, quemadmodum nec fructuum horariorum abusus hic prætermittendus est, unde acrimonia corrosiva acida M. S. communicatur, quæ in mesenterio colicam ejusmodi convulsivam, & per arterias meseraicas ad intestina tenuia delata, exulcerationem eorum, una cum reliquis symptomatibus turbatã sanguinis mixtionem à fermentatione præternaturali ortam causatur. Cui frænum injiciendum est, mediantibus remediis acrimoniam temperantibus, infrigantibus, antispasmodicis atque consolidantibus internis, & adstringentibus externis. Ad quos scopos multa quidem medicamenta conducunt, sed quoniam in præsenti præsentissima ope opus erat; ideoque sequentia ordinabam.

No. 1. ℞. *Fol. querc. mp.* v.
Inc. coqv. in s. q. Vin. rubr. adstr.

D. S.

Offters mit doppelten Tüchern wohl warm über den Leib zu legen.

No. 2. ℞ ▽. *Fl. chamom.*
menth. s. vin. ana ℥iß.
Liqv. C. C. succ. ʒß.
℞. *castor.*
anodyn. ana ʒj.

Corall.

Corall. rubr. pp. ℈ij.
Syr. Fl. chamom. ℥ß.
Balſ. 🜂*r. aniſ. g.* ij.

M. F. Potio. D. S.

Sonderliche Mixtur auf 3. mal zu nehmen.

No. 3. ℞. *Lact. bub. chalyb.* ℔. *j.*
Thereb. venet. vitello ovi ſolut. ℥ß.
Mell. roſar. ℥j.
Balſ. 🜂*r. aniſ. g.* v.
M. F. Enema D. cum requiſitis S.

Kühl und heylend Clystier auff 1. mal.

Quibus Deo T. O. M. benedicente, in integrum reſtituebatur, & quidem unius noctis ſpatio, ita ut me altero die in domo mea compellaret.

CONSILIUM XLVII.

De

SCIRRHO VERRUCOSO.

MUlier triginta annorũ Tinctoris artificioſi uxor, maritum, ex Voigtlandia,

nundinas] Trinitatis nostræ urbis frequentantem, secuta, quinque menses gravida, laborat excrescentia verrucosa prægrandi, in parte domestica fremoris sinistri, trium vel quatuor circiter digiorum latitudine ab Inguine, sequentis fermè figuræ:



eaque propter opem medicam efflagitat. Ego excrescentiam hanc verrucosam & scirrhosam contemplatus, deprehendi indolentem, omnisque inflammationis expertem, nisi quod, cum sine subligaculo dependet & pondus propter extensionem parum dolorificam causaretur, ratione tendinum nervorumque quibus innitebatur. Ex quo patebat nullum auxilium præter Chirur-

hirurgicum, sectionem scilicet hic lo-
am habere; quam verò simul admodum
ifficilem periculosamque prænunciabam,
b. tendines & nervos, qui abdomen
gressi super os pubis, in crus distribuuntur
t & ob ramum venæ cavæ ibidem obser-
abilem, & vehementem hæmorrhagiam,
intum non incoërcibilem, minitantem,
uo pacto autem vita hujus personæ versa-
ır in ancipiti, suffragante Fabricio Hil-
ano Cent. 3. observ. 82. Ne tamen omni
enitus solatio & spe reconvalescendi de-
ituatur afflicta, ad instantiam mariti ra-
ones in utramque partem sedulo pensita-
i, & methodum curationis futuræ se
uentem communicavi. Erfordiæ, d
o Jun. 1691.

RESPONSUM.

UTique quod vulgo dicitur, hic lo-
cum invenit, nempe: ex duobus ma-
is minimum est eligendum, atque duro
nodo durus applicandus cuneus. Etenim
plura sese offerunt momenta sectionem hu-
us scirrhi valde ambiguam reddentia,
mo prorsus dissuadentia; quæ inter
agmen ducit graviditas, dum in sectione

ingens metuenda est sanguinis profusio, eaque longe major quam in venæ sectione etiam largissima. Et verò Hippocrates aphor. 31. sect 5. vetat mulieri utero ferenti secare venam, ob periculum abortus facillime subsecuturi: quantò magis ille vetasse censendus erit sectionem multarum venarum in hunc scirrhum desinentium, â minori ad magis argumentando. Accedit insuper, quod foetus jam existat grandior, enormem nectaris materni effusionem haud ferens, partim ob defectum nutrimenti Chylosi, partim Spirituum, hinc provenientem, taceo qnod post Hæmorrhagias enormes tonus uteri immane quantum labefactetur, & ad sui reclusionem præmaturam disponatur, unde abortus præsto esse solet. Præterea hæmorrhagia ejusmodi eò periculosior habenda, quod iterum sisti vix queat, quippe non vasa capillaria, sed venæ grandiores delineatam excrescentiam ingrediuntur, quare regula generalis methodi medendi, curationem tutam jubens, vim, sectione tali, pati videtur. Quod periculum confirmatur experientia celebris Chirurgi superius allegati, referentis, quendam sub ipso sectionis actu ob hæ-
morrha-

norrhagiam ingentem, cuncta reme-
lia eludentem, placidè obiisse. Agmen
laudat timiditas & mollities subjecti, quod
x connata teneritudine sexusque sequio-
is genio, ut plurimum duras ejusmodi
operationes abominatur, & ad levissimum
anguinis per loca extraordinaria effluxum
xpallescit. Verum nec desunt argumen-
a in contrarium, quæ inter cumprimis
otari meretur augmentum ipsius scirrhi,
uod cum graviditate indies pariter ac-
rescere cernitur, atque ideo imposterum
estatu intolerabile evadet. Succedit
ancrositatis periculum, per vesiculas ni-
ricantes in extremitate scirrhi hinc inde
bservabiles insinuatum, ex quibus ma-
gnitatis principia colligere licet; quæ si
lterius perrexerint & radices scirrhi appre-
enderint, tum demum manum admo-
ere velle temerarium esset. Itaque quia
nalum incurabile prævenire quam expe-
tare præstat, utique sectio tentanda est,
um secundum Celsum, dubia spes cer-
a desperatione potior sit, & nihil inter-
it, an satis tutum præsidium, quod est
nicum. Nec minus ipsum graviditatis
empus, quod est inter quintum & sex-
um mensem, nos alacriores ad hanc
operatio-

operationem suscipiendam reddere debet, quo tempore prægnantes fortiora etiam purgantia ferunt, monente Dictatore nostro aphorism. 1. sect. 4. Et cum ordinariè inprægnantibus quibuscunque tali tempore abortus infrequentiores existant, idquod vel solæ meretrices venæ sectionibus & purgationibus ferme continuis fœtum exturbare conantes testantur, quid fiet cum nostra gravida constitutione ceteroquin sana gaudente, quæ ex desiderio sanationis & restitutionis in integrum, animum facillime præparabit ad ejusmodi dolores perferendos, confidens i effato Celsi dicentis: *Firmus puer, robustus senex, & gravida mulier valens, tuto curantur.* Hæmorrhagiæ periculum evitabit diligentia & prudentia Chirurgi, quam nos præsentes remediis sanguinem sistentibus experientia diuturna comprobatis, adjuvabimus, modo ille in secando ex artis dictamine processerit, nos in sistendo præsentem operam afferemus. Et quamvis inopinata graviorque hæmorrhagia subsequatur, ea tamen protinus abortus periculum minime accelerabit, quia sanguis hic profundendus potius venosus quam arteriosus existit, adeoque foetui

ejusdem

usdem defectus haud immediate perni-
osus; quid quod gravidæ dimidio gesta-
onis tempore innoxiè, imo cum insigni
uphoria foetusque emolumento venæ
ctiones etiam repetitas tolerare soleant,
aceo existere gravidas complures, qui-
us Menses ordinarie, usque ad tempus
artus fluxere. Denique ut omnis solli-
itudo insolidum præscindatur, abortus
nedicamentis confortantibus & adstrin-
entibus antè & post sectionem umbilico
pplicandis, citra omne dubium præca-
eri poterit. Itaque in sectione bono cum
Deo adornanda, talis methodus obser-
etur, ut (1) corpus præparetur decenter
t ab humoribus excrementitiis evacuante
uodam liberetur; (2) sub sectione ipsa
imia sanguinis profusio omni studio est
ræcavenda, id quod mediante pulvere
nferius posito contrâ hæmorrhagiam ab
xtra specifico, nec non cauterio actuali
uod in promptu sit oportet, obtinebi-
ur; (3) crus alligetur scamno fasciâ latâ,
el spondæ; lecti in quo curanda jaceat;
(4) medicamenta contra lipothymiam &
bortum in tempore sunt præparanda.
Nimirum

No. 1.

No. 1. ℞. Pulv. *Rad. Jalapp.* gr. xv.
Scammon. sulphurat. gr. v.
♀r. *vitriolat.* gr. iij.
▽ *æ flor. acac.* ℥ij.
Syrup. de cichor. c. Rh. ʒj.
M. F. haustus.

D. S.

Purgier-Träncklein auff einmahl.

No. 2. ℞. *Farin. volat.* ℥iv.
gypsi. ℥ß.
Telar. aranear.
Ciner. chart. lusor.
Aloës hepat.
Spong. nov. torrefact.
Album. ovor. exsiccat. ana ℥j.
sangv. Dracon.
Thur.
Bol. Armen.
Terr. Sigill. ana ℥ß.
Pilor. *lepor. minutiss. incis.*
Vitriol crud. ana ʒij.
M. F. Pulvis subtilissimus per cribrum densissimum, German. ein Haar-Sieb / *trajiciendus.*

D. S.

Blut-stillend Pulver im fall der Noth zu gebrauchen.

Hinc pulvilli ex stuppa cannabina, oxycra-to

o intincti, & bene compacti: post in al-
umine ovi madefacti & pulvere præscri-
to largissime conspersi in promptu sint,
na cum fungo illo, quem crepitum Lu-
i appellant, ut & cauteriis actualibus,
d quæ extrema necessitate urgente con-
igere licet. pulvillis prædicto modo ap-
licatis, magnum splenium complicatum,
t posca albumineque ovi probe imbutum,
ulvereque etiam conspersum, superim-
onatur, quo omnis hæmorrhagiæ recru-
escentis metus absit. Ægra in lecto in-
rea jaceat per duos tresve dies quieta,
ure spondæ lecti alligato, manu tenens
pidem hæmatitem aut Jaspidem, atque
atur tali mixtura.

No. 3. ℞. ▽æ *verben.*
plantag.
fragor. ana ℥ij.
meliss. ℥j.
cinam. cydon. ℥ß.
℞. *corall. c.* ⁓*u. cord. cerv.* ℈ij.
Ungul. alc. præparat. ℈ß.
Syrup. acetos. citr.
cydon. ann ℈ij.
a NM. ℈j.
ol. *cinam. gt.* ij.
M. *F. Potio.*

D. S.

D. S.

Stärck- uñ anhaltend/Mixtur/ worvon alle halbe Stunden wohl gerüttelt ein Löffel voll zu geben.

No. 4. ℞. ▽æ Reg. *Hung.*
Lilior. convall. c. Vin. ana ℥ij.
Bals. Angl. incomplet. ʒij.
Acet. rut. ℥ß.

M. D. S.

Aeusserlich Krafft-Wasser/ wormit das Gesicht und der Pulß öffters zu bestreichen.

No. 5. ℞. *Empl. de crust. pan.* ℥j.
Ungv. Comitiss. ℥ß.
Pulv. mast.
NM.
cariophy. ana ʒj.
menth. ʒiß.
M. F. cum 🜕. *myrtil. q. s. Emplastrum.*

D. S.

Anhaltend Pflaster auff den Unter-Leib zu legen.

CON-

CONSILIUM XLIIX.

De

FLUXU HEPATICO.

PUer nobilis novem annorum, habitu corporis admodum tenui & macilento, colore faciei fœdo lividoque, laborat o aliquot ſeptimanis profluvio alvi, ita ut xcrementa partim liquida & fluida, partim nigricantis coloris, partim ſanioſa, & auxillo ſanguine permixta excernerentur, uibus ſtandem tormina circa umbilicum ed rarioribus intervallis, nec usque adeò ravia, adjungebantur; Cui malo parens us Vir nobiliſſimus in vicinia degens, remedium quærebat, maximè quia unicus æres bonorum paternorum, feudique ucceſſor legitimus exiſtebat; quo fine meum deſiderabatur conſilium, quod ſequenti modo communicare placuit. Erordiæ 18. Jun. 1691.

RESPONSVM.

AFfectum hunc inter illos refero, qui à ſanguine ſeroſo acrimonia volatili & nea colliquato provenire ſolent, qua-

 lis

lis etiam fluxus hepaticus ſive Dyſenteria ſine dolore, rariſſimus cæteroquin morbus, in hoc ſubjecto exiſtit. Unde haud inconvenienter & ventriculus & hepar, tanquam viſcera digeſtoria eminentiora partes mandantes appellaveris, ex quibus ejusmodi fluxus ad inteſtina defertur. Et licet huic aſſerto contraria videantur ſymptomata recenſita, dum doloris torminoſi, excrementorum ſanioſorum & cachexiæ ſeroſæ, ſive intemperiei viſcerum frigidæ, mentio fit: attamen conſiderandum quoque eſt, quod dicatur, tormina eſſe mitiora, interrupta, & nunc demum aliquot ſeptimanis elapſis ſenſibilia: item excrementa pauxillo ſanguine ſtatim à principio tincta, vel quod idem eſt, loturæ carnium recens mactatarum ſimilia apparuiſſe; quæ etſi ſanioſa quandoque ſimul excernantur, non tamen proinde inferre licet, non adeſſe fluxum hepaticum, cum nec Dyſenteriæ, nec fluxui hæmorrhoidali, præter quæ non plura dantur profluvia alvina cruenta, accenſeri poſſit. Accedit nimiam humiditatem ventriculi ex habitu corporis extenuato, & balbutie ſive potius præcipitantia linguæ patere, balbos verò ab alvi profluvio maxime infeſtari, ob communio-

onem tunicæ ventriculi humidioris cum
nica linguæ, à veteribus statutã nec sano
nsu à modernis improbandam constat.
itium hepatis prætereà color faciei fœd⁹
lividus insinuat, non quidem ex neglecto
nguificationis, sed depurationis & exal-
nis massæ sanguineæi officio. Quod in-
nperiem frigidam deniq; concernit, illa
m acrimonia volatili massam sanguine-
a sensimque colliquante sensim optimè
re poterit, si modo distinguamus ratione
oris in quantitate pauci, qualitate tamen
is, quo pacto utique colliquatio sangui-
sub ipsa etiam intemperie frigida locum
eniet. Igitur ad intemperiem hepatis,
quam magis urgentem corrigendam,
one diætæ, mane sumat jusculum in
ca quantitate paratum ex foliis tribus
bæ plantaginis recentis, grosso modo
ssis & cum aquæ simplicis quantitate
iciente coctis, brodio ferventi & colato
atur butyrum, tantillum salis, vitellum
atque panis similagineus; post juscu-
detur electuarium No. 1. ordinatum,
endo nimium salita, acida, flatulenta,
la, nimirum pinguia, raphanum, cepas,
em azymũ sive pastillos, legumina, bras-
n conditaneã, cerasa, pruna multitudi-

nem ferculorum in una eademque mensa motum corporis, præsertim post cibum è contra sumat & comedat frequenter my lium, oryzam, lac chalybeatum, carne assatas potius quàm coctas, pectora galli narum tenuissime incisa; Vinum aut o mnino removeatur, vel aqua chalybeat permisceatur; cerevisia sit optimæ no tæ, vetus probèque lupulata, sed quantum fieri potest, parca manu concedatur.

Formulæ medicamentorum sunt sequentes:

No. 1. ℞. Conserv. rosar. ⊕lat.
acetos. ana ℥iß
Amygd. dulc. excortic. ℥j.
Cond. cort. citr.
aurant.
carn. citr.
cydon.
Rad. Cichor. ana ℥ß.
Species diarrhod. Abbat. in compl.
diatragacanth. frig. ana ʒj.
Bol. Arm. præpar. ʒß.
Lap. hæmatit. præparat. ℈j.
Syrup. cydon. ℥j.
☍. cinam. gt. iij.
▽. cinam. borrag. q. s. ad consistentiam
M. F. Electuarium molle. D. S.

Stärc

Stärck-Zucker / 2. starcke Messerspitzen auff 1. mal / Morgens und Mittags zu gebrauchen.

No. 2. ℞. *Ess. cathol. Nostr. transmiss. de qua omni mane cum primo cochleari jusculi superius commendati XI. guttæ porrigendæ sunt.*

Descriptio Essentiæ Catholico-Balsamicæ est talis.

℞. *Rad. calam. aromat.*
Zedoar.
Galang.
Polypod.
Glyzyrrh.
Ireos Fl. ana ℥ß.
Helen. ℥j.
Ras. lign. aloës in tenuiss. pellin. redact. santal. citr. ana ʒij.
Herb. salv.
Ror. marin.
Meliss.
Puleg.
Major. ana mp. ß.
Myrrh. elect. ʒvj.
Fl. Sulph.
Bals. Peruv. ana ʒij.
Cinam.
Caryoph. ana ʒiij.
Croc. orient. ʒj.

Inc. & cont. affund. V. rectif. ℔. iiß, exceptis Myrrha, floribus ♎. & Balsamo Peruviano quæ seorsim infundenda sunt, stent in vitro capaci & bene obturato per trigenta dies in calore sufficienti, sæpius agitando. ~us decantatus filtr. & abstrah. ad dimid. Cui balsamica seposita addantur, simulac cum Ol. Gr. 3j. in mortario lapideo intime permixta & mediante V. rectif. q. s. in Bal. Mar. sufficienter extracta & filtrata fuere.

No. 3. ℞. *∇æ Plantag.*
Rosar.
Torment.
Menth.
Fl. papav. rhœad. ana ℥j.
Magist. alum. gr. iij.
Syr. è ros. sicc.
cydon. ana ℥ß.
Ol. cinam. gt. ij.
M. D. S.

Stärckend Leber-Wasser / von welchem alle Abend bey Schlaffzeit ein paar Löffel zu nehmen.

No. 4. ℞. *Fol. querc.*
salic. ana mp. iij.
Fl. ros. rubr.
lavendul. ana mp. j.
Incisa M. D. S.

Species

pecies zum Bade mit gemeinem Wasser / in welchem etlichmal ein Stück glüender Stahl abgelöschet worden/ zu kochen / welches bald jedesmahl Mittags 4. Uhr / und zwar nicht gar zu warm anzustellen.

.5. ℞. *oo. coct. mastich.* ℥j.
express. Laur. ℥ß.
destill. spic. ℈j.
Bol. arm. ppt.
Spec. diarrhod. Abat. ana ʒj.
Lap. hæmatit. ppt. ʒß.
Cer. q. s.

M. F. Liniment. D. S.

tärck-und anhaltendes Sälblein/ womit der Leib täglich 2. mahl / sonderlich nach dem Bade/ zu bestreichen.

.6. ℞. *Theriac. Androm.* ℥ß.
Pulv. Rad. Zedoar. ʒj.

M. D. S.

agen-Pflaster auf Leder in behöriger Form zu streichen / und stätig auff dem Magen zu behalten/ da es dann zuweilen renoviret werden muß.

. 7. ℞. *Herb. Cypress.*
menth. crisp. ana *mp. j.*
Fl. ros. rubr. mp. ß.

Incisa includ. 2. saccul. ex syndon. rubr.
D. S.
Stärck- und anhaltende Säcklein mit rothem Wein zu kochen / und öffters eins ums andere wohl warm auf den Magen zu legen / nach welchem vorbeschriebenes Pflaster adhibiret werden kan.

CONSILIVM XLIX.

De AFFECTU CANCROSO.

VIR quadragenius post perpessum ante septem annos morsum ab equo in dextra pectoris parte, ibidem sentit protuberantes excrescentias rubras, summe dolorificas, exudantes tenuem Ichorem, nullo tamen cæteroquin ulcere aperto apparente, quas non sine magno dolore aliquoties resecari jam antea curaverat, sed earum locum aliæ majores de novo supplebant. Cum itaque malum hoc indies periculosius appareret, imo ulcus cancrosum minaretur, denuo sectioni se submittere statuebat, eum in finem meo implorato consilio, simul flagitans ut medicamentis internis, huic malo convenientibus ipsi subvenirem. Erfordiæ die 3. Sept. 1691.

Facies

Facies mali erat talis.



RESPONSUM.

Utique iterata ſectio convenit, quin imo maximè eſt neceſſaria ad felicem ffectui huic maligno colophonem impo- endum: ſed requiritur, ut ea ſatis profun- le fiat, quò excreſcentiæ radicitus extir- entur, id quod in ſectionibus præcedenti- us, quas hoc ſubjectnm ex confeſſione ropria, ſuſtinuit, neglectum arbitror, uemadmodum eventus docuit. Et cum jusmodi mala non ſolum externis reme- liis cedere ſoleanr, niſi internis quoque crimonia corroſiva lymphæ, ſanguinis- que ad putredinem in parte affecta conci- iendam proclivitas corrigatur, cumprimis

conveniente diæta in hominibus plebejis, partim ob incuriam connatam, ſordidumque vitæ genus, partim propter paupertatem ut plurimum deficiente; Igitur talis excogitetur, qualis & morbo & crumenæ ex aſſe reſpondeat. Nempe abeſſe volo acida & ſalſa quævis, pipere & zingibere condita, leguminoſa, fructus horarios crudos, braſſicam conditaneam, carnem ſuillam & anſerinam, potum aquæ frigidæ & fumiſugia; è contra ſuadeo, cura durante, oryzam, milium, cum juſculo carnis parcisſimè ſalito parata, juſcula avenacea & hordeacea, aut ex cereviſia cum multa pane ovis & cumino ad conſiſtentiam pultis cocta Germ. Bier-Muß/ pruna cocta, carnesque juniores. Ex apparatu medico autem ſequentia & parabilitate & effectu utramque paginam abſolvere poterunt.

No. 1. ℞. *Rad. ſarſæparill.* ℥ij.
cichor. hort. ℥j.
hermodact. ℥iij.
Liquirit. ℥iß.
Viſc. quern. ℥j.
Raſ. ebor. ℥ß.
♂. *crud. in pet. ligat.* ℥iij.
Cinam. elect. ʒij.

NM.ʒj.

NM. ℥j.
Pass. min. ℥iß.

ncisa & contusa infund. cum Mens. XII. ▽. simpl. per horas, deinde coqv. indiplomat. ad dimid. colaturæ.

D. S.

Blutreinigender Tranck / an statt des Biers zu gebrauchen / wie auch nachfolgende medicamenta darmit zu nehmen.

No. 2. ℞. R. ♉. *N.*
♁*r.*
Bez. s. acid. ana ℥j.
Ess. Lign. *succin.* ana ℥ij.
anodyn. Langelot. gt. xv.

M. D. S.

Morgens und Mittags 4. Uhr 40. Tropffen zu nehmen.

No: 3. ℞. ♉. *diaph. Martiat.*
Unicorn. foss.
Succin. alb. ppt.
sperm. cet.
Ocul. ♋. *ppt.* ana ℈j.
Fl. ⊖✶. ℈ß.
M. F. *Pulvis Divid. in quinque partes æquales.*]

D.S.

D. S.

Alle Abend bey Schlaffzeit eins mit dem decocto zu nehmen.

No. 4. ℞. *Amalg.* ☿ *c.* ♄ ℥ß.
Litharg. ℥iij.
Geruss. Angl.
Oliban.
Bol. Armen.
Lap. Calamin.
🜕. *Hypericon.* ana ℥iß.
Cancr. fluviat. calc.
Ranar. calc. ana ℥ij.
Cer. citr.
Bitum. ana *q. s.*

Incis. incidend. subtiliss. M. F. l. a. Emplastrum Anti-Cancrosum informa magdaleonum post sectionem imponendum.

No. 5. ℞. *Cremor. Tritic. tost.* ʒiß.
♁. *diaph. opt. edulc.*
Ocul. ♋. *ppt.* ana ʒj.
Sachr. ♃*n.*
Pulv. sperniol. Croll. ana ʒß.
M. F. *Pulvis.*

D. S.

D. S.

Schmertz-legendes Pulver / zum einstreuen.

